

quia a te exiui. Et ne quisq; putaret istam cognitionem iam per speciem factam non per fidem exponendo addidit: Et crediderunt ut subaudiam<sup>9</sup> vere. Quia tu me misisti. Hoc itaq; crediderunt vere quod cognoverunt vere. Id enim est: A te exiui: quod est: Tu me misisti. q; autem dicit: Crediderunt. vere intelligendum est: non eo quo supra dixit modo crediderunt: sed vere id est quomodo credendum est inconcusse firme: stabiliter: non iā ad propria reddituri: et christum relicturi. Ad huc ergo discipuli nō erant tales: quales eos dicit verbis preteriti temporis: quasi iam esset prenuncians quales futuri essent accepto spiritus sancto. Quomodo autem pater ea verba filio dederit: facilior questio videtur: si secunduq; est filius hominis accepisse a patre credatur. si vero secundum id quod est de patre genitus: accepisse a patre ista verba cogitatur: nihil ibi temporis cogitetur quasi prius fuerit et ea non habuerit: quoniam quicquid deus pater deo filio dedit gignendo dedit.

**C** Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti mihi q; tui sunt. Et mea omnia tua sunt: et tua mea sunt: et clarificatus suz in eis. Et iam non suz in mundo et hi in mundo sunt et ego ad te venio.

**CHRY.** Quia multas a domino consolations discipuli audientes nondum persuasi erant: de reliquo patri loquitur: dilectionem quam ad eos habebat ostendens. vnde sequitur: Ego pro eis rogo. q. d. Non solum que a me sunt tribuo eis: sed et alium pro hoc rogo ut ampliorem ostendas amorem. **AV.** **GV.** Cum ergo addit: Non pro mundo. mundum vult intelligi eos qui vivunt secundum concupiscentiam mundi: et non sunt in ea forte gracie: ut ab illo elegantur ex mundo: quam scirem significat cum subdit. Sed pro his quos dedisti mihi. Per hoc enim q; eos illi pater iam dedit: factum est ut non pertineant ad eum mundu pro quo non rogat. neq; autem quia pater eos filio dedit: amisit ipse quos dedit. vñ subdit: Q; tui sunt. **CHRY.** si frequenter autem hoc ponit: dedisti mihi. ut dicat quoniam patri hoc placet: et quoniam nō ut alienus veniens eos seduxit: sed ut propu-

os accepit. deinde ne quis estimet nouum eē eius principatu: et nuper eos suscepisse a parte subiungit: Et omnia mea tua sunt: et tua mea sunt: ac si dicat. Neq; audiens aliquis qm̄ inibi eos dedisti. estimet eos alienos esse a patre. mea. n. etiis sunt. nec audiens: Quoniam tui erant: estimet alienos eos fuisse a me. que. n. sunt eius mea sunt. **AVGV.** Satis autem hic apparet: qm̄ vngeniti filii sunt oia que sunt patris. p; hoc vñq; q; et ipse deus ē et de patre natus: patri equalis. non quō dictuq; est maiori ex duobus filiis: Dia mea tua sunt. Illud. n. de oībus dictum est creaturis que infra creaturam sanctam rōnabilez sunt. Hoc autem ita dictum est ut sit hec ēt ipsa creatura rōnalis que nō nisi deo subditur: Hoc ergo cum sit dei patris non simul esset et filii: nisi patri esset equalis. Nefas est enim ut sancti de quibus hec locutus est cuiusq; sint: nisi eius a quo creati et sanctificati sunt: hoc autem quod ait cū de spiritus sancto loqueretur: Dia que hz pater: mea sunt. de his dicit: q; ad ipsam patris pertinent diuinitatē: neq; enim spiritus sanctus de creatura q; patri est subdita: et filio fuerat accepturus: cum dicat de meo accipiet. **CHRY.** Deinde demonstrationē pdictoꝝ ponit dicens: Et clarificat⁹ sum i eis. Et quo p;: qm̄ potestatē sup eos habeo: qm̄ glorificat me tibi credētes et mihi. nullus. n. in qbus non hz p̄tatez glorificat⁹ ē. **AVG.** Dicēdo autem iam esse factū: ostendit iā fuisse p̄ destinatū: et certū haberī voluit q; ēt futurū: Sz vtꝝ ipsa sit clarificatio de qua direrat: Et nūc clarifica me tu pater apd temetipm: si. n. apud te: quō in eis: an cū hoc ipsum inotescat eis: et p; eos oībus q; credunt eis quasi testib⁹ suis. vñ subdit: et iam nō sum in mundo: et bi i mundo sunt. **CHRY.** Hoc ē. Et si nō ap̄ parcā s̄m carnē: p; hos glorificor: q; p; me moriunt: sicut et p; p̄tē et pdicat me: sicut et patrē. **AV.** Sz si horā illā q; loqbat attēdas: vtrī q; i mundo adhuc erāt. Nō. n. s̄m pfectū cordis et vite id accipe possum⁹ cū dicat: Jā non sum i mundo. nunq; ḡ fas ē: vt eū credamus aliquā mundana sapuisse. Restat igit̄ vt s̄m illō qd̄ ēt ipse i mundo p̄us erat: i mundo se dicit iā nō ēt p̄tia corpali: an nō quotidie dicim⁹: iā n̄ ēt hic d̄ aliq; q; tot⁹ h̄ituro et maxime moritū. vñ exponēs cur b̄ dicit adiecit: Et ego ad te venio.

195-  
**T** In die ascensionis, Marcii vltimo capi.

**R** Ecumenibus vndeccim discipulis apparui illis iesus et exprobravit incredulitatem illorum: et duritiam cordis: quia his qui videbant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum: predicate euangelium omni creatura. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequentur: In nomine meo demonia ejicient: liguis loquitur nouis: serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint: non eos nocebit. Super egros manus imponent: et bene habebunt.

**GLO.** Completurus euangelicam narrationem ad marcus nouissimam apparitionem qua christus post resurrectionem discipulis apparuit: commemorat. **GREGO.** in bo. Notandum autem quid lucas in actibus recordat dicens: Conuescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent. et post pauca: Videbibus illis elevatus est. Comedit enim et asevit: ut videlicet per affectum comedionis veritas patesceret carnis. unde et hic dicitur quod recumbentibus illis nouissime apparuit. **HIE-**

**R.O.** Apparuit autem vndeccim simul cōgregatis: ut omnes testes sint et enarrarent omnibus quod cōter viderūt et audierūt. Sequntur: Et expro. icre. eoꝝ et du. cor. eoꝝ: quod his quod vi. cū re. nō cre. **AVGV.** de con. euān. Quomodo autem nouissime huius factum est: Nouissimum quippe illud est: quod dominum in terra apostoli viderunt: quod factum est. xl. die post resurrectionem eius. Nunquid nam tunc exprobaturus erat: quod non credidissent eis quod eum videbant resurrexisse: quando latet et ipsi post resurrectionem totiens eum viderant. Restat igitur ut intelligamus nunc marci b̄cūtēr commitemare voluisse: et iam dixisse: Nouissime: ga-

ipso die huius nouissimum fuit iam incipiente nocturno tempore: posteaque discipuli de castello redierunt in hierusalem: et innenerunt sicut dicit lucas. xi. et qui cum illis erat colloquentes de resurrectione domini. Sed erat ibi utique que non credentes. His ergo sicut marcus dicit discubentibus: et adhuc inde sicut dicit Iohannenibus: stetit in medio eorum dominus: et ait illis: Par vobis. sicut lucas et iohannes dicunt. Verbis itaque domini quod tunc cum locutus esse discipulis lucas iohannesque dixerunt: interponitur et illa exprobratio de qua marcus hic dicit. Sed hic rursus mouet: quomodo discubentibus. xi. dicit apparuisse marcus: si illud tempus est die dominici iam noctis initio: cum aperie iohannes dicit non cum eis fuisse thomam: quem credimus exiisse inde antequod dominus ad eos intraret: posteaque illi duo redeentes de castello cum ipsis. xi. collocuti sunt: sicut apud lucam inuenit. Sed lucas in sua narratione dat locum: quo possit intelligi dum hec loquuntur prius inde exiisse thomam: et postea dominum intrasse. **Marcus** autem qui dicit: Nouissime discubentibus illis xi. apparuit etiam thomam illuc fuisse cogit fateri: nisi forte quis uno absente. xi. non voluit appellare: quod eadem tunc apostolica societas huius numero nuncupabatur: antequod matthias in locum inde surrogaretur. Aut si hoc durum est accipere: illud accipiamus post multas demonstraciones eius: eum nouissime recubentibus. xi. apparuisse. 1. ipso. xl. die. Et quoniam iam erat ab eis ascensurus in celum: huius illo die magis exprobari voluisse: quia his qui audierant eum resurrexisse non crediderant antequod ipsi eum vidernerent: cum utique post ascensionem suas predicationibus euāgeliū etiam gentibus que non viderunt fucrant crediture. post illam quippe exprobationem ait idem marcus: Et dixit eis: Euntes in mundum uniuersum. Et israhel: Qui vero non credet. codet. Hoc ergo predicatori: nonne ipsi primi fuerant obiurgandi quod antequod dominum vidissent non crediderunt eis quibus prius apparuerunt? **GREGO.** in bo. Iccirco etiam tunc dominus discipulos increpavit: cum corporaliter reliquit: ut verba quae recesserent diceret: in corde audientium artim impressa remanerent. **HIE.** Exprobavit autem incredulitatem ut succedat credulitas. Exprobavit duritiam cordis lapidei: ut succedat cor carnicum charitate plenum. **GRE.** in bo. In-

crepata igitur eorum duritia: quid admonendo dicat audiamus. Sequitur. n. Euntes in mū. vnu. predi. cuā. oī cre. O mnis creature nomine signatur homo. O mnis. n. creature aliquid habet homo. habet nāqz cōe esse cum lapidibus: vivere cum arboribus: sentire cū animalibus: intelligere cū angelis. O mni eni creature predicatur euangelium: cum soli homini predicat: qz ille videlicet doceat: propter quē in terra cūcta creatura sunt: t a quo omnia per quādam similitudinem aliena non sunt. Id potest etiam omnis creature nomine oī natio gentiū designari. ante. n. dictū fuerat: In viā gentium ne abieritis. nunc autem dicit id predicate euā. omni creature. vt. s. prius a iudea apostolorum repulsa predicatione: tūc nobis in adiutorium fieret: cum hanc illa ad dā nationis sue testimonium superbe repulisset.

**THEO.** Vnde omni creature. i. credenti et nō credenti. Segitur: Qui cre. t bap. fu. sal. erit. Non enī sufficit credere: nam qui credit t nondum est baptizatus: sed carbecuminus nondum est perfecte salutez adeptus.

**GRE GO.** in ho. Et ortasse autem vnu sqz apud semetipsum dicat: Ego iaz credidi: salu⁹ ero. verum dicit si fidem operibus teneat. Vera etenī fides est que in hoc quod verbis dicit: operibus non contradicit. Sequit̄: Qui vero non cre. cōdē.

**BEDA.** Quid adhuc hic dicemus de paruulis qui per etatez adhuc credere non valent: nam de maioribus nulla qstio est: In ecclesia enim saluatoris per alios paruuli credunt sicut ex alijs ea que illis i baptismō peccata remittuntur pertrarerunt. Sequitur: Signa autem eos qui cre. hec sequē. In no. meo demo. eiſciēt. lun. lo. no. serp. tol. lēnt.

**THEO.** Hoc est dispergent intellecuales: sicut illud: Lalcabitas super serpentes t scorpiones. intellectualiter intelligitur.

Id potest autem intelligi de sensibilibus serpētibus: sicut etiam paulus a vipera nulluz habuit nō documentum. Sequitur: Et si morti qd di. non eis no. Multa talia facta in historijs legimus. Multos nanqz vencna bibita christi munera signacule ledere non valebat. Sequitur: Super egros ma. impo. t bene habebunt.

**REGO.** in ho. Nunquid antez quia ista signa non facimus minime credimus? Sed hec necessaria in erordio ecclie faciunt: vt enim fides cresceret credentium:

miraculis fuit nutrienda: quia t nos omniar busta plantamus: tandiu eis aquam fundimus quousqz ea i terra convaluisse vidcam⁹; at si sc̄mē radicem fixerint a rigādo cessam⁹. Habemus de his signis atqz virtutib⁹ que adhuc subtilius cōsiderare debeam⁹. Sancta ḡppe ecclie quotidie spiritualiter facit: qd tūc p apostolos corporaliter faciebat. Mā sacerdotes eius cū per exorcismi gratiam manuz credentibus iponūt: habitare malignos spūs in eoru mentibus cōtradicūt: qd aliud faciūt: m̄ si demonia eis ciunt? Et fideles quiqz qui tam secularia verba derelinquunt: sancta autē mysteria insonant. linguis loquuntur nouis: qui dum bonis suis exhortationibus maliciāz de alienis cordibus auferunt. scr̄p̄tes tollūt: et dum pestiferas suastōes audiūt: sed tamē ad operationem prauā minime pertrahunt. mortificūt est quod bibūt sed nō eis nocebit: qd qui tiens proximos suos in bono opere infirmari conspiciunt: dum exemplo sue operationis illorum vitam roborant: super egros manus imponunt vt bene habeant. Que nimurū miracula tanto maiora sunt: quanto spiritalia: t quanto per hec non corpora: sed anime suscitantur.

**C** Et dominus quidem iesus post locutus est eis: assumptus est in celum: t sedet a dextris dei. Illi autem profecti predicauerūt vbiqz: domino cooptante: t sermonem confirmante: sequib⁹ signis.

**HIERO.** Dominus iesus qui de celo descendat ad librandam infirmitatis nostre naturam: ipse etiam super celos ascendit. unde dicitur: Et dominus quidem iesus post lo. est eis ass. est in celum. **AVGV.** d. con. euā. In quo satis videtur ostendere nouissimum cum illis in terra premissum habuisse sermonem: quāvis non omnimodo ad id coartari videatur non enim ait: Id postqz hcc locutus est eis. unde admittit si necessitas cogere: non illam fuisse nouissimam locutionez: sed ad omnia que cum eis omnibus illis diebus locutus est posse pertinere quod dictum est: Id postqz locutus est eis. ass. est in celum. Sz qz ea que supra dixim⁹ magis suadet nouissimum diem fuisse: ideo post premissam locutionem quam marcus commemorauit: ad/

lunctis etiam illis verbis que commemorantur in actibus apostolorum: credendum est auctoratum esse dominum in celo. **GREGO.** in hoc. In veteri testamento cognovimus quod bellias sit raptus in celo. Sed aliud est celo ethereum: aliud celum aereum. Ceterum quippe aereum terre est proximum. In celum itaque aereum, bellias sublevatus est: ut in secreta quamdam regione terre repente duceret: ubi in magna iam carnis et spiritus quiete vineret quo ad usque ad finem mundi redeat: et mortis debitum soluat. Notandum quoque est quod bellias in curru legitur ascendisse: ut videlicet aperte illis demonstraretur: quia homo purus a diu in indigebat alieno. Redemptor autem noster non curru: non angelis sublevatus legitur: quia qui fecerat omnia super omnia sua virtute cerebatur. Considerandum vero nobis est quod marcus subdit: Et sedet a dextris dei. cum Stephanus dicat: Video celos apertos et filium hominis stantem a dextris dei. sed sedere iudicantis est: stare vero dignantis vel adiuvantis. Stephanus ergo in laboris certamine positus stantem vidit quem adiutorem habuit: sed hunc post assumptionem marcus sedere describit: quia post assumptionis sue gloriam: index in fine videbitur. **AVGV.** de symbolo: Sessionem igitur istam non accipi animus quasi sit in humanis membris positus: tandem pater sedeat in sinistra ut filius sedeat a dextris: sed ipsam dexteram intelligimus potestatem quam accepit ille homo a deo: ut veniat iudicaturque primo venerat iudicandus. Sedere enim habitare intelligitur: quomodo dicimus de quoque homine: In illa patria sedet per tres annos. Sic ergo credite habitare christum in dextera dei patris. Beatus enim est: et habitat in beatitudine que dextra patris vocatur. Ibi enim ois dextera est: quia nulla est ibi miseria. Sequitur: Illi autem profecti predi. ubique domino cooper. et ser. confir. sequen. signis. **BE/DA.** Nota quod marcus euangelista euangelium suum quanto inchoauit tardius: tanto in longiora tempora scribendo posserit. ab initio enim euangelice predicationis quod a iohanne factum est cepit: et ad illud usque tempus narrando peruenit quo apostoli idem euangelij verbum per totum orbem seminauerunt. **GRE.** in hoc. Quid autem in his confide-

196

rādū ē: nisi quod pceptū obediētia: obediētia vero figura secuta sunt. Preceperat enim dominus: Euntes in mundum uniuersum predicate euangelium. et in actibus: Eratis mihi testes usque ad extremum terre. **AVGV.** ad esichium. Quo autem pacto ab apostolis est predicatione ista completa: quando usque ad huc sunt gentes in quibus modo cepit: et in quibus nondum cepit impleri? Non utique haec domino sic mandatum est apostolis: tandem ipse soli quibus tunc loquebatur tantum minus fucrunt unpleturi: sed sicut eis felis videtur dixisse: Ecce ego vobiscum sum usque ad consumationem seculi quod tamen eum uniuersitate ecclesie promisisse que aliis morientibus aliis nascentibus hic usque in seculi consumacione futura est: quis non intelligat? **THEO.** Scindunt est autem et hic quod sermo per opera confirmatur: sicut in apostolis tunc operationes confirmabant sermones sequentibus signis. Si et autem o Christe vi nostri sermones quos de virtute dicimus per opera confirmantur et actus: ut tandem simus perfecti te cooperante in omnibus verbis et operibus: quia te decet sermonum et operum gloria.

**C** Dominicā infra octauam ascensionis. Joannis. xv. 7. xvi. capi.



Um venerit paraclytus quem ego mittam vobis a patre: spiritus veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis.

**CHRY.** Posset discipuli domino dicere. Si verba a te audierunt quod nullus dixit: si operaverunt quod nullus alius fecit: et tu non perfuerunt. Si oderunt et patrem tuum et te cum eo cuius gratia nos mittis: qualiter digni fide emus. Ne igitur hec cogitantes turbentur: consolationem inducit dicens: Cum vene. paraclytus quem ego mittam vobis a patre: spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. **AVGV.** Tandem

diceret: O dio me habuerūt et occiderunt vi-  
dentes: sed tale de me testimonium paraclyt⁹  
perhibebit: ut eos faciat in me credere no vi-  
dentes: et quia ille perhibebit: et vos perhibe-  
bitis. vnde sequitur. Et vos testimonius per-  
hibebitis. Ille cordibus vestris inspirando:  
vos vocibus vestris sonando. vnde poteri-  
tis predicare quod nestis. Quia ab ini. me.  
estis. quod modo non facitis quia illius spi-  
ritus plenitudo nondum adest vobis. Habit  
enim vobis fiduciam testimoniūm perhiben-  
di charitas dei diffusa in cordibus vestris. p  
spiritum sanctum qui dabitur vobis. Ille q̄p  
pe testimoniu⁹ perhibens et testes fortissimos  
faciens. abstulerit amicis christi timorem. et ini-  
micorum odium conuertit in amorim. DI-  
DY. de spiritu sancto. Spiritum autem san-  
ctum venientem consolatorem dicit. ab opera-  
tione ci nomen imponens: q̄r non solum eos  
quos se dignos esse repperit ab omni pertur-  
batione reddit alienos: verum incredibile qđ  
dam gaudium eis tribuit. Semperna quip  
pe leticia in eorum corde versatur: quorū spi-  
ritus sanctus habitator est. Iste spiritus conso-  
lator a filio mittitur: non s̄m angelorum aut  
prophetarum aut apostolorum ministerium:  
sed ut mitti decet a sapientia et virtute spiritu  
dei indivisam habentem cu⁹ eadem sapientia  
et virtute naturaz. Etenim filius missus a pa-  
tre non separatur atq; disiungitur ab eo: ma-  
nens in illo et habens illum in semetipso qui  
spiritus sanctus supradicto modo missus a fi-  
lio: de patre egreditur no aliunde ad alia trans-  
migrans. Quomodo enim pater non consi-  
stit in loco cum ultra omnem corporum sit na-  
turam: ita et spiritus veritatis nequaq; locoz  
fine clauditur. cum sit incorporalis et excellēs  
vniuersam creaturaz essentiā. CHR Y.  
Propterea yo non spiritu sanctu: s̄ spiritus  
veritatis eū vocavit: vt ostēdat q̄ erit fide di-  
gnus: dicit aut q̄ a patre pcedit: q̄ oia certissi-  
me nouit: quādmodū ipse ait d̄ seipso: Qm̄  
nouī vñ venio et quo vado. DIDY. Sed  
cū posset dicere a deo siue oīpotēte nihil hoī  
tenigit: s̄ ait: A patre: no q̄ pater a deo oipo-  
tentie sit aliis: s̄ s̄m ppietate patris intelle-  
ctu parētis: egredi ab eo d̄ spiritus veritatis  
mittente aut filio spiritu veritatis: simul mit-  
tit et pater: cū eadē voluntate patris et filij spi-  
ritus veniat. THEO. Et als qđē patrē di

cit mittere spiritū: nūc aut cū se missu⁹ dirit:  
eq̄ pollentiā denotat. Ne aut cēseret renitiō  
tra patrē. velut ab illa potestate trāsmittēs spi-  
ritū addidit: A patre quasi acceptante patre et  
pariter destinante: cū aut audis q̄ pcedit: ne i  
telligas pcessum missionē esse illatā extrinse-  
cus: qua mittūf administratorū spūs s̄ quod  
dā differēs et excepte actōis p̄priū processum  
appellat vni pncipali spiritui attributū: origi-  
nalis. n. consistentia spiritus ē pcessus: non  
ergo pcedere pmittere sumēdu est: s̄ ex par-  
te naturalē essentiā obtainere. AV. Hic ali-  
quis forsitan q̄rit: vtrū et a filio pcedat spiri-  
tus sanctus filius. n. solius patris ē fili⁹: et p̄  
solius filij ē pater. Sp̄s aut sanctus no ē vni-  
us eoz spiritus s̄ amboz: q̄nquidē dicit ipse  
xps: Sp̄s patris vestri q̄ loquit̄ in vobis. Et  
dicit apls: Adiſit deus spiritū filij sui i corda  
vestra. Nec ob aliud estimo ipm p̄prie vo-  
cari spiritū: cū ēt si de singulis interrogemur. n̄  
possimus nisi et patrē et filiū spirituz dicere:  
q̄ ergo cōiter vocant̄ et singuli: hoc p̄prie vo-  
cari oportuit cū q̄ non est vnu⁹ eoz: s̄ i quo  
cōitas apparet eoz amboz. Cur ergo no cre-  
damus q̄ ēt de filio pcedat sp̄ssancus: cu⁹  
filij quoq; ipse sit sp̄s: Si. n. ab eo non pce-  
deret: non post resurrectionē discipulis suis  
insuflasset dicēs: Accipite sp̄msanctuz. De  
bac quoq; virtute credēdus est dicere euāge-  
lista: Virtus de illo eribat et sanabat oēs. Si  
ergo et de patre et de filio pcedat sp̄ssanc⁹.  
cur filius dirit: De patre pcedit: nisi quād-  
modū solet ad cū referre: et qđ ipsius ē d̄ quo  
ipse ē. vñ illud est qđ ait: Ad ea doctrina no ē  
mea s̄ eius q̄ me misit. Si igif hec intelligat  
eius doctrina: quā tñ dirit non suā s̄ patris:  
quātum agis et intelligēdus ē et de ipso pcedē-  
re sp̄ssancus: vbi sic ait: De patre pcedit,  
vt no dicret: De me no pcedit. A quo autē  
h̄ filius vt sit deus: ab illo h̄ vtiq; vt pcedat  
ab eo sp̄ssancus. Hinc vt cunq; ēt illud in-  
telligit: cur no dicat natus esse: s̄ poti⁹ pce-  
dere sp̄ssancus: qm̄ si et ipse filius dicret:  
amboz vtiq; filius dicret: qđ absurdissimū  
ē: filius quippe nullus est duoz nisi patris et  
matris. Absit aut ut inter deū patrē et deū fili-  
um tale aliqd suspicemur: q̄ nec filius hoīz  
simul ex patre et ex matre pcedit: s̄ cū in ma-  
tre pcedit ex patre: non tunc procedit et ex  
matre. Spiritus aut sanctus no de patre p̄

cedit in filium et de filio procedit ad sanctificandam  
creaturam: sed simul de viroque procedit. Neque  
enim possumus dicere quod non sit vita spiritus  
sanctus: cum vita pater: vita sit filius: ac per hoc  
sicut pater cum habeat vitam in semetipso: de-  
dit et filio vitam habere in semetipso: sic ei de-  
dit vitam procedere de illo sicut procedit et de  
seipso.

## CA. XVI.

**L**Ecce locutus sum vobis ut  
non scandalizemini. Absque synagogis faciet vos.  
Sed venit hora ut omnis  
qui interficit vos arbitre-  
tur obsequium se prestare deo. Et hec  
facient vobis quia non induerunt pa-  
trem neque me. Sed hec locutus sum vo-  
bis: ut cum venerit hora eorum: remi-  
niscamini: quia ego dixi vobis.

**A**VGV. Ad merito promisso spiritus sanctus  
quo in eis operante fierent testes eius subiun-  
xit: Hec lo. sum vo. ut non scan. Quia enim  
charuas dei diffunditur in cordibus nostris  
per spiritum sanctum: qui datus est nobis: fit per  
multa diligentibus legem dei ut non sit illis sca-  
dalum. Deinde que passuri essent exprimes-  
sunt: Absque synagogis fa: vos. **C**HR Y.  
Nam enim composuerat: ut si quis confessus  
fuerit christum extra synagogas fieret. **A**V.  
Quid autem mali erat apostolis expelli iude-  
daicis synagogis quasi non fuerint inde eri-  
turi: etiam si eos nullus expelleret. Sed hoc  
voluit denuntiare: quod iudei christum non fue-  
rant recepturi a quo isti non fuerant recessu-  
ri. Nam quod non erat ullus alius populus dei:  
quod illud semper abrae: si cognoscerent Christum: non  
alii fecerent ecclesie Christi alii synagoge iudeorum  
Quod quod noluerunt: quid restabat nisi ut re-  
manentes extra Christum extra synagogam face-  
rent eos: qui non reliquerunt Christum? dein  
de cuius hoc eis dirisset adiecit: Sed ve. ho. ut  
omnis qui interficiet vos: arbitretur obsequium se pre-  
stare deo. Que verba ita subiecit tanquam ex hoc  
consolaretur eos: qui de synagogis iudaicis  
pellerentur an forte de synagogis illa separa-  
tio sic eos fuerat turbatura ut mori vellent  
Potius quam in hac vita sine iudeorum congre-  
gationibus morari. Absit ut sic turbarentur:

qui dei non hominum gloriam requirebant.  
Iste itaque sensus est in his verbis: Extra sy-  
nagogam facient vos: sed nolite solitudinem  
formidare. Separatim quippe a congregatio-  
nibus eorum: tam multos in nomine meo co-  
gregabit: ut illi invenientes ne templum quod  
erat apud eos: et omnia legis veteris sacramen-  
ta deserantur: sic interficiant vos ut deo arbit-  
rarentur se prestare obsequium: zelum dei ha-  
bentes: sed non secundum scientiam. Hoc. n. de iudeis  
dictum debemus accipere de quibus di-  
xerat: Extra synagogam facient vos. Nam te-  
stes. i. martyres Christi: et si occisi sunt a gen-  
tilibus non tamen illi arbitrati sunt deo sed deo  
suis falsis obsequiis se prestare: indeorum  
autem omnis qui occidit predicatorum Christi:  
deo se putauit prestare obsequium credens quod  
deserent deum Israel quicunque conuerteren-  
tur ad Christum. Hinc ergo accensi et zelum  
dei habentes: sed non secundum scientiam obsequi-  
us se deo prestare credentes occidebant eos.  
**C**HR Y. Deinde consolationem inducit  
dicens: Et hec omnia facio. vos. quia non noue-  
te. neque me. q. d. Sufficit vobis in consola-  
tionem propter me et patrem hec pati. **A**V.  
**G**V. Ne autem ignoratos atque imparatos ani-  
mos mala improvisa: quae cito transitura tur-  
barent: hanc fuisse causam: ut hec eis preueni-  
ciaret ostendit subdens: Hec lo. sum. vo. ut  
cuius vel. ho. eo. remini. quia dixi vo. Hora eo-  
rum: hora tenebrosa: hora nocturna: sed non  
iudeorum separatum a se diem Christianorum  
nulla confusione fuscauit. **C**HR Y. Sed  
et propter aliam causam hoc predicit: ut non di-  
cerent quoniam non preuidit futura: et hoc si-  
gnificat cum dicit: Remini. quod ego dixi vo.

**T**In vigilia penthecostes Joannis  
.xiiiij. cap.

**S**I diligitis me mandata  
mea seruate et ego roga-  
bo patrem: et alium para-  
clytum dabit vobis ut ma-  
neat vobiscum in eternum:  
spiritum veritatis quem mundus non  
potest accipere: quia non vidit eum nec

scit eum. **C**los autem cognoscetis cū: quia apud vos manebit: et ī vobis erit. **CHRY.** Quia dominus dixerat: Quod cūq; pelleritis: hoc faciam ut non estiment omnem simpliciter petitiones valere induxit: Si di. me. man. mea ser. q. d. tunc faciam qd petitis. Vel quia audientes: quoniam ad patrem yado: consequens erat eos turbari dicit: nō cīt hoc me amare ut turbemini: sed ut facias mandata mea. hoc est cīz amor obediēre et credere ei qui diligitur. Quia vero cōsequens erat eos vehementer inquirere carnis presentiam: et illam habere consolationē quāz prius habuerunt subiungit. Et ego ro. pa. et alium para. da. vobis. **AVGV.** In quo ostendit et scipsum esse paraclytum. **P**araclytus autem latine dicitur aduocatus et dicatum est de christo: aduocatum habemus apd patrem iesum christum iustum. **ALCVI.** Vel paraclytum. i. consolatorem. habebant enim et tunc vnum consolatorem qui miraculorum dulcedine et predicatione eos erigere et confortare solebat. **DIDY.** de spiritu sancto. Sed spiritum sanctum aliud paraclytum nominauit: non iuxta nature differentiam sed iuxta operationis diversitatem. **L**um enim saluator mediatoris et legati personam habebat: ex qua pontifex deprecetur pro peccatis nostris: spiritus sanctus sīm aliam significationem paraclytus: ab eo qd consolatur in tristitia positos nuncupatus est: verum noli ex filij et spiritus sancti operatione diuersa vias estimare naturas: siquidem in alio loco reperitur paraclytus spiritus legati apud patrem persona fungi ut ibi. Ipse spiritus interpellat pro nobis. Saluator quoq; consolationem operatur in cordibus eorum: quia indigent. scriptum est enim: Et humiles populi sui consolatus est. **CHRY.** Ait autem: Rogabo patrem: ut fide dignus faciat eis sermonem qm si dixisset: Ego mittam nō simpli citer credidissent. **AVGV.** contra arrianos: Qui tamen ut inseparabilia sua et patris opera demonstraret alibi ait: Lum abiero mittam cum ad vos. **CHRY.** Quid autem apostolis plus haberet: si patrem solum rogarerit ut spiritum alijs daret: qm illi multotiens et sine oratione ostenduntur hoc facientes. **ALCVI.** Rogabo igitur dicit ut inferior sīm humanitatem patrem meū: cui sum equa

lis et consubstantialis sīm diuinam naturā. **CHRY.** Dicit autēz: Ut maneat vobis in eternum: qm neq; post mortē recedit: per hoc etiam occulte insinuat qd spiritus sancti nō patientur mortē ut ipse neq; abibit: Ne autem paraclytum audientes rursus incarnationem aliam suspicentur: et oculis putent eum vide re subiungit: Spiritum veritatis quem mundus non potest accipere: quia non videt eū: nec scit eum. **AVG.** Hic est utiq; in trinitate spiritus sanctus quem patri et filio consubstantialem et coeternum fides catholica profitetur. **CHRY.** Spiritum autem veritatis eum vocat per hoc qd figurās veteris testamēti manifestat. Mundum autem hic malos dicit. visionem autem certissimam cognitionē dicit: qd visus est aptior sensus. **BED.** Nota etiam qd cum spiritum sanctum spiritum veritatis dicit: spiritum sanctum esse spiritum suum ostendit deinde cum a patre eū dari narrat: patris etiam eum spiritum esse declarat: ac per hoc spiritus sanctus a patre procedit et filio. **GRE.** v. mora. Spiritus autem sanctus omnem quem repleuerit: ad desideranda inuisibilia accedit: et qm mundana corda solum visibilia diligunt: hūc mundus non accipit qd ad diligenda inuisibilia non assurgit. Seculares etenim mentes quanto se foras p desideria dilatant: tanto ad receptionem illi finium cordis angustant. **AVG.** Sic autēz mundum i. mundi dilectores dicit non posse accipere spiritum sanctum: velut si dicam. Injusticia ista esse non potest. Mundus ergo i. mundi dilectores non potest eū accipere: qd non videt eū. Non enim hī inuisibiles oculos mundana dilectio: p quos videri spiritus sanctus nisi inuisibiliter non potest. Sequitur: Vos aut cog. eum: qd apud vos manebit. Sed ne putarent qd dictum est: Apud vos manebit: ita dictū quēadmodū apud homines hospes visibiliter manere cōsuevit ad fecit. In vobis erit. **CHRY.** q. d. Nō ita apud vos manebit sicut ego: sed i. vestris habitabit aiabus. **AVG.** Irius aut est esse alicui post manere. Sed exposuit qd dixerat: Apud vos: cū adiunxit: In vobis. Si enim non sit in vobis: non pot est in vobis ei sci entia. sic. n. a vobis vī in vobis et vestra conscientia. **GRE.** ij. mora. Si aut spiritus sanctus in discipulis manet: quō iam singulare

signū erit qđ in mediatore permanet: sī illud:  
Supra quē videris spūs descēdētē t manē  
tem: hic ē q baptizat. qđ tñ citius cognoscim⁹  
si dona eiusdē spūs discernamus. In his. n.  
donis sine qb⁹ ad vitā pueniri nō pōt: spūs/  
sanctus in electis oīb⁹ semp̄ manet. In illis  
oīb⁹ nō nostra vita suat: sī alioꝝ qrit: ne  
quaꝝ semp̄ manet. Aliqñ. n. se a signoꝝ ostē  
fionib⁹ subtrahit vt eo humilius virtutes ei⁹  
babecant. xp̄s aut i cunctis eū t semp̄ h̄z pñtē.  
**CHRY.** Hic autē fīmo oppositas heresēs  
velut vno ictu sustulit. nā dicer̄ aliuō ondit ei⁹  
i. spūs hypostaseos dñiaꝫ: dicer̄ x̄o paracly-  
tum substātie cognatōnē. **AVG.** cōtra ser.  
arrīa. **Consolatore.** n. qđ officiū tanq̄ psonē  
infīme i trinitate spūis sancto deputat̄ deū dicit  
apl̄s fīm illud: Is q̄ psolat̄ humiles: cōsolat̄  
ē nos de⁹. De⁹ ē itaq̄ spūssanc⁹ q̄ cōsolatur  
humiles: aut si hoc de patre vel filio dictū ab  
apl̄o volunt accipi: definat̄ consolatōis tanq̄  
munere p̄pho separe a patre t filio spūis san-  
ctū. **A V.** sup̄ Jo. Si cū charitas dei diffusa  
sit i cordibus nostris p̄ spūis sanctū q̄ dat̄ ē no-  
bis: quō diligem⁹ mādata r̄pi fuabum⁹ vt eū  
accipiam⁹ quē nīsi habuerim⁹: diligere t mā-  
data fuare nō possum⁹: an forte p̄cedit i no-  
bis charitas qua diligam⁹ r̄pm vt diligendo  
r̄pm eiusq̄ faciendo mādata mereamur ac  
cipe spūis sanctū vt charitas dei patris diffun-  
dat̄ i cordib⁹ nostris: p̄nēsa ē ista sūnia. Qui  
. n. se filiū dei diligere credit t patrē non dili-  
git: p̄fecto nec filiū diligit: sed qđ sibi p̄psi v̄  
p̄finru. Restat̄ ḡ vt itelligam⁹ spūis sanctū ba-  
bere q̄ diligū: t hñdo mereri vt plus hēat: t  
plus hñdo plus diligat. Jā itaq̄ hēbat spūm  
discipuli quē dñs p̄mittebat: sī dād⁹ eis erat  
ampli⁹. hēbat occulte accepturi crāt mānife-  
ste, p̄inde nō solū nō hñti: vex̄ ēt hñti nō in-  
cassum p̄mittebat: nō hñti qđc vt hēat: hñti aut̄  
vt ampli⁹ hēat. **CHRY.** Qñ igif̄ discipu-  
los purgauerat p̄ sacrificiū passionis: t p̄tīm  
solūtū erat: t ipsi ad picula t agones mittebā-  
tur: oīz spūis sanctū venire abūdanter. Nō aut̄  
stat̄ p̄ resurrectionē: vt in multo cius cōsti-  
tuti desiderio: cū multa eū suscipiant gratia.  
**C** Non relinquāz vos orphanos: ve-  
niam ad vos. Adhuc modicum: t mū-  
dus iam me non videt. Vos autē vi-  
getis me: quia ego viuo: t vos viuctis.

**I**n illo die vos cognoscetis: quia ego  
sum in patre meo: t vos in me: t ego in  
vobis. Qui habet mandata mea t ser-  
uat ea ille est qui diligit me. Qui autē  
diligit me diligitur a patre meo: t ego  
diligam eum: t manifestabo ei meipsū.  
**AVG.** Ne qſī putaret q̄ ita spiritū sanctū  
dñs datur⁹ fuerat: velut p̄ seipm nō t ipse es-  
set futur⁹ cū eis adiecit t ait: Nō relinquam  
vos orphanos. O r̄phanī pupilli sunt. Illud  
. n. est grecū: h̄ latīnū: Quāvis ergo nos fili⁹  
dei suo patri adoptauit filios: tñ i hoc ēt ipse  
erga nos p̄nū ondit affectū. Et qđem a pñci-  
pio dixerat: Venietis quo ego vado. sī q̄ hoc  
longū t̄ps erat: p̄misit sp̄sim. Et q̄ nesciebāt  
qd est hoc: promittit eis suā pñtiā quā marie  
qucrebant cum dicit: Veniaz ad vos. Ne ta-  
men rursus eandem querant presențiaꝫ: qua-  
leꝫ t prius habuerunt: occulte hoc excludit cū  
subdit: Adhuc mo. t mun. me iā nō vi. vos  
autem vide. me. ac si diceret: Veniam quidē  
ad vos: non tamen vt prius vobiscum p̄ vñā  
quāq̄ diem consistens. Et ne dicant: Qua-  
liter igitur iudeis diristi: Admodum non vide-  
bitis me: solū opinionē dicens: Ad vos so-  
los veniam. **AVGV.** Videbat enim tūc  
eum mundus carneis oculis in carne conspi-  
cuum: non autem videbat q̄ in carne verbuꝫ  
latebat: sed quoniam post resurrectionem eti-  
am carnem suam quam non solum videndā:  
verum etiam contractanda demonstrauit su-  
is noluit demonstrare non suis: hinc dictum  
est: Adhuc modicum t mundus iam me non  
videt: vos autē videbitis me. Sed qm̄ in iu-  
dicio cuꝫ mundus videbit: quo nomine signi-  
ficati sunt a regno eius alieni: melius intelli-  
gitur illud etiam tempus significare voluisse  
quando in fine seculi auferetur ab oculis dā-  
natorum: vt euꝫ de cetero videant diligētes.  
**Modicum autem dirit:** q̄ id quod prolixtum  
v̄ hoībus: breuiissimū ē ante oculos dei. Se  
quiſ: q̄ ego viuo t vos viuctis. **THEO.**  
q. d. t si mortē subiero: tñ resurgo. vos quo-  
q̄ viuctis: hoc ē cū videritis me letabimini:  
t tanq̄ mortui reminiscens i apparitiōe mea.  
**CHRY.** Adibi aut̄ v̄ vitā nō pñtē dicere  
sī futurā: ac si dicat: Adors crucis n̄ distar̄ fa-  
ciet vos a me i finē: sī mom̄to p̄uo occultabit̄

me a vobis." **A V G V.** Cur autem de patre se dicit vivere: illos autem de futuro esse victuros: nisi quod et vita carnis resurgentibus qualis in ipso precedebat et illis est pollicitus secuturam et quod ipsi morte futura erat resurrectio: patet quod ponit verbum: propter significandam celeritatem. Illorum autem quoniam seculi differunt in finem non ait: vivitis: sed vivetis. Quod vero vivit ille: ideo et nos vivemus per hominem quod est mors: et per hominem resurrectio mortuorum. Sequitur: In illo die de quo. scilicet ait: Et vos vivetis. Nos cognoscetis. contemplando: quis et nunc crededo nouerimus. quod ego sum in patre: et vos in me et ego in vobis. quod quoniam vivemus ea vita qua mors absorbetur: tunc perficietur hoc ipsum quod nunc ideo atque est iam per ipsum: ut sit in nobis et nos in ipso. **C H R Y.** Quod in illo die cum resurgam cognoscetis: quod cum viderunt eum resurrexisse et esse cum eis: tunc certissimam fidem didicerunt. Magna. non erat virtus spiritus sancti que oia eos docebat. Quod autem dicitur est: Ego sum in patre: humilitatis est. Quod autem dicit: Et vos in me et ego in vobis. humanitatis est et aurum quod est a deo. Consecuta est scriptura multoties eisdem verbis in deo et hominibus positis non similiter utrius. **H Y L A.** viii. de tri. Quod hoc dicit ut cum ille in praesertim natura divinitatis esset: nos autem in eo per corporalem carnem nativitatem: et ille rursus in nobis per sacram mysterium iesse credere. **I p e . n . t e s t a r e** est: quod edit carnem meam: et bibit sanguinem meum: in me manet et ego in eo. **A L C V I.** Per dilectionem autem et observationem mandatorum eius: tunc perficietur homo ipsum quod nunc ideo atque est per ipsum: ut sit in nobis et nos in ipso. Et ut omnes si timi apostolis haec beatitudinem promisisse videtur adiungit. quod hunc mandata mea et seruatur. illud est quod diligit me. **A V G V.** Qui hunc in memoria et seruat in vita: qui hunc in similibus et seruat in operationibus: quod hunc audiendo et seruat faciendo: quod hunc faciendo et seruat perseverando: ipse est quod diligit me. Operis est demonstranda dilectione sit ifructuosa nos appellatio. **T H E O P H I.** Ac si dicat vos putatis quod ex affectione quodam: tristamini de morte mea: sed ego signum dilectionis reputo mandata mea seruari. Qualiter autem praerogativa obtineat qui diligit os dicit subdicit: quod adest de me. diligere a patre meo et ego diligere eum. **A V G V.** Sed quod est. Diligat. tamquam nunc non diligat: expedit per id quod segregat: Et manifestabo ei meipsum. id est hunc diligam ut manifestem. et ipsas visiones mercede fidei capiam. **N u c . n .** ad hoc

nos dixerit ut credamus: tunc ad hoc ut videamus: quod et nos nunc diligimus credendo quod videbimus. Tunc autem diligemus videndo quod credidimus. **A V G V.** ad paulinam deo: Sic autem promisi omnium scipsum dilectoribus suis cum patre deum unum: non quoniam in hunc seculo visus est in corpe et a malis. **T H E O.** Quod quia post resurrectionem apparitus ullus erat in corpore magis representante divinitatem: ne credant ipsum spiritum fore seu phantasiam: ob hoc predixit illis: ut tunc videntes illum non diffidant: sed reminiscantur quia propter mandatorum suorum custodiā appetitis: atque ideo tenentur semper custodire illa ut perpetuo eis appareat.

**C** In die pentecostes. **J o a n i s . x v i i i j .** capi.



**I** quis diligit me sermonem meum seruabit: et pater meus diligit eum et ad eum veniemus et mansio nem apud eum faciemus. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Et sermonem quem audi sis non est meus sed eius qui misit me patris. **H**ec locutus sum vobis apud vos manens. **P**araclytus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia et sugggeret vobis omnia quecumque dixerit vobis. **D**acem relinquo vobis pacem meam dico vobis. Non quoniam munus dat ego dico vobis.

**G R E .** in hoc. **P**robatio enim dilectionis exhibetur est operis: nunc amor dei est ociosus: operatur enim magna si est. si vero operari renuerit: amor non est. **A V G V .** **D**ilectio autem sanctorum discernit a mundo: que facit vnamimes habitare in domo: in qua facit pater et filius mansionem qui donant et ipsam dilectionem: quibus in fine donabunt suam manifestationem. Est enim quicdam dei mansuetatio interior: quam prouersus impij non

nouerunt quibus dei patris et spiritus sancti manifestatio nulla est filij vero esse potuit: sed in carne que nec talis est qualis illa: nec semper illis adesse potest: sed ad modicum tempus et hoc ad iudicium non ad gaudium: ad supplicium non ad premium. unde sequitur. Et ad cum veniemus. Veniunt quidem ad nos dum venimus ad eos: veniunt subveniendo: venimus obediendo. veniunt illuminando: venimus intuendo. veniunt impenedo: venimus capiendo: ut sit nobis eorum non extranea visio sed interna: et in nobis corum non transitoria mansio sed eterna. unde sequitur: Et mansio apud eum faciemus.

**GREGO.** in ho. In quorundam etenim corda venit et mansio non facit: quia per compunctionem quidem respectum dei percipiunt: sed temptationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant obliuiscitur. sicut ad perpetrandam peccata redirent: ac si hec minime plarescent. Qui ergo deum vere diligit in eius corde dominus et venit et mansio facit: quia sic eum divinitatis amor penetrat: ut ab hoc amore temptationis tempore non recedat. Ille. n. vere amat cuius metem delectatio prava et consensu non superat. **AVGV.** An forte putabitur mansio in dilectore suo facta ceteris patre et filio exclusus esse ab hac mansione spiritus sanctus? Quid est ergo quod superius ait de spiritu sancto: apud vos manebit et in vobis erit: nisi forte quisque sic absurdus est ut arbitretur cum pater et filius venerint discessurum inde spiritum sanctum tanquam locum daturum maioribus. Sed et huic carnali cogitationi occurrit scriptura cum dicit: Ut maneat vobis in eternum. In eadem ergo mansione cum ipsis erit in eternum: quod nec ille sine ipsis venit: nec ille sine eo: sed propter insinuationem trinitatis: personis singulis nominatis dicuntur quedam: non tamen alijs separatis intelliguntur: propter eiusdem trinitatis substantiam. **GREGO.** in ho. Tanto autem quisque a superno amore disingitur quanto inscribi delectatur. unde subditur: Qui non diligit me sermones meos non scit. De dilectione ergo conditoris lingua mens et vita requiratur. **CHRY.** Vel alter totum: Estimauit iudas: sicut mortuos videt in somno: ita et se eum esse visuros. unde querit Quid est quod debes te manifestare no-

bis et non mundo: quod debes nobis quoniam morieris: et ut mortuus debes nobis assistere. Ne igitur hoc suspicentur dicit: Ego et pater ad eum veniemus. q. d. Sicut pater manifestat seipsum: ita et ego: et mansionem apud eum faciemus: quod somniorum non est. Sequitur: Et sermonem quem audistis non est meus: sed eius qui misit me patris. q. d. non me solum: sed neque patrem amat qui hunc non audit sermonem. Dicit autem hoc: quoniam nihil extra patrem loquitur: neque preter id quod illi videtur. **AVGV.** Et forsitan propter aliquam distinctionem: ubi suos dicit: plura litter sermones dicit dicens. Qui non diligit me sermones meos non scrutat. Vbi autem sermonem hoc est verbum non suum esse dicit: sed patris: scipsum intelligi voluit. non enim suum sed patris est verbum: quomodo nec sua imago sed patris: nec suus filius sed patris. Hecce igitur auctori tribuit quod facit equalis a quo habet hoc ipsum quod illi est in differens equalis. **CHRY.** Quia vero eorum que dixerat: quedam manifesta erant: et quedam non intellexerunt: ut non turbaretur subiungit: Hec locutus sum vobis apud vos manens. **AVGV.** Alia est illa mansio quam promisit futuram: alia vero hec quam presentem est testatur. illa spiritalis est atque intrinsecus mentibus redditur: hec corporalis formis oculis atque auribus adhibetur. **CHRY.** Ut autem eius corporalem recessum faciliter sustinerent: preparat eos promittens quod eius recessus magnorum eis esset futura causa bonorum: quia donec ipse apud eos corporaliter manebat: et spiritus non venerat: nihil magnum poterant scire. unde sequitur. **D**araclytus autem spiritus sanctus quem mit. pater in no. meo ille vos do. oia: et sug. vo. oia quecumque dixerit vobis. **GREGO.** Greca locutione paraclytus: latina aduocatus dicitur vel consolator. Qui icti co aduocatus dicitur: quod pro errore delinquentium apud iusticiam patris interuenit: dum eos quos repleuerit erorantes facit. Consolator autem id est spūs vocat: quod de peccati perpetratio in eternis dū spē venie preparat: ab afflictione tristitia in eternum levat. **CHRY.** Continet autem eum pacatum vocat per consuentes eos tribulationes. **DIDYMVS** de spūscō. Spūm autem scīm a patre in suo mitti noīe saluator affirmat: cu

proprie nomen saluatoris fit filius: siquidem nature consorium. et ut ita dicam proprietas personarum ex ista voce significatur: filij quod per tantummodo est in nomine patris venire: salua proprietate filij ad patrem: nullus autem alius venit in nomine patris: sed verbi gratia: In nomine domini dei et omnipotens. Quomodo igitur servi qui in nomine domini veniunt: per hoc ipsum quod subiecti sunt et serviant indicant dominum: servi quippe sunt domini: sic et filius qui venit in nomine patris: portat eius nomen per hoc quod utigenitus dei filius approbatur. Quia ergo spiritus sanctus in nomine filij a patre mittitur: ostendit quia unitate sit unicus ad filium: unde et filij dicitur est filius per adoptionem suam: filios facientes eos qui se recipere voluerent. Iste autem spiritus sanctus qui venit in nomine filij missus a patre: docebat omnia eos qui in fide christi perfecti sunt. Omnia autem illa que spiritualia sunt et intellectuala veritatis et sapientiae sacramenta. Docebit vero non sicut qui artes aliquas et sapientiam studio industriaque didiceret: sed quasi ipsa ars atque doctrina et sapientia: veritatis spiritus innibiliter menti insinuat scientiam diuinorum. **GREGO.** Si si autem idem spiritus cordi adsit audientis: ociosus est sermo doctoris: nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intelligit: quia nisi intus sit qui doceat: doctoris lingua exterius invacuum laborat. Sed et ipse conditor non ad eruditionem hominis loquitur: si eidem homini perunctionem spiritus non loquatur. **AVGV.** Numquid autem dicit filius et docet spiritus sanctus: ut docente filio verba capiamus: docente autem spiritus sancto eadem verba intelligamus? Omnis igitur et dicit et docet trinitas. Sed nisi etiam sigillatum commendaretur: eam nullo modo humana capere poterit posset infirmitas. **GREGO.** Requerendum vero nobis est cur de eodem spiritu dicatur: Suggesteret vobis omnia: cum suggestere soleat esse minoris: sed quod suggestere aliquando dicimus subministrare: innibilis spiritus suggestere dicitur: non quod nobis scientiam ab imo inferat: sed ab occulto. **AVGV.** Quod addit: Suggesteret id est commemorabit vos: intelligere debemus etiam quod iubemur non obliuisci saluberrima monita ad gratias pertinere: qua nos commemo-

rat christus. **THEOPHI.** Spiritus itaque sanctus et docuit et commemoravit: docuit quemque quocunque non dixerat eis christus tanquam non valentibus portare. Commemoravit vero quocunque dominus dicerat: sed obscuritate causa vel intellectus tarditate: commendare memorie nequiverunt. **CHRY.** Quia vero et hec audientes turbabantur ex cogitationes odia et pectus sibi immicere post eum recessum: rursus eos consolatur dicens: Pax relinquo vobis: pacem meam do vobis. **AVGV.** Pax nam nobis reliquit in hoc seculo: in qua manentes hostem vincimus: et ut enim hic in vicem diligamus: pacem suam nobis dabit in futuro seculo: quando sine hoste regnabimus: ubi nunquam dissentire possumus. Pax autem nobis ipse est et cum credimus quia est: et cum videbimus eum sicuti est. Sed quid est quod ubi dicit: Pax relinquo vobis: non addit: mea: ubi vero ait: Do vobis: ibi dixit meam: utrum subaudiendum est mea: et ubi dictum non est: an forte et hic aliquid latet? Pax enim suam eam voluit intelligi: qualcum habet ipse. Pax vero ista quam nobis reliquit in hoc seculo: nostra potius dicenda est quam ipsius. Illi quippe nihil repugnat in seipso: quia nullum habet omnino peccatum. Nos autem talem pacem nunc habemus: in qua adhuc dicamus: Dimittite nobis debita nostra. Itemque inter nosipos est nobis pars: quod in vicem nobis credimus quod in vicem diligamus. Sed nec ipsa plena est: quia cogitationes cordis nostri in vicem non videbimus: Nec ignoro ista domini verba etiam sic accipi posse: ut eiusdem sententie repetitio videatur: Quid vero dominus adiunxit: Non quomodo mundus dat ego do vobis. Quid est aliud: nisi non quomodo homines dant qui diligunt mundum: qui propterea sibi dant pacem: ut sine molestia perfruantur. Et quando iusti dant pacem: non eos persecutur: par esse non potest vera: ubi non est vera concordia: quia disiuncta sunt corda. **CHRY.** Pax etiam exterior ad malum sit multotiens: et eis qui habent eam nihil prodest. **AVGV.** de ver. do. Est autem pars serenitas intentis. tranquillitas animi: simplicitas cordis: amoris vinculum: consortium charitatis. Nec poterit ad hereditatem domini peruenire qui testamentum pacis non luerit obseruare: nec potest concordiam habere

200

re cum christo qui discors voluerit esse cum  
christiano.

**C**Non turbetur cor vestrum neque or-  
midet. Audistis: quia ego dixi vobis  
vado et venio ad vos. Si diligenteris me  
gauderetis utique: quia vado ad patrem:  
quia pater maior me est. Et nunc di-  
xi vobis priusquam fiat: ut cum factum fue-  
rit credatis. Ita non multa loquar vo-  
biscum. Venit enim princeps mundi  
hunc: et in me non habet quicquam. Sed  
ut cognoscat mundus quia diligo pa-  
trem. et sicut mandatum dedit mihi pa-  
ter. sic facio.

**CHR.Y.** Quia dixerat. Nace in relinquo  
verbis quod erat recedentis: hoc poterat eos pertur-  
bare: iohannes dicit. non turbet cor vestrum neque for-  
midet: quoniam hoc quidem ex dilectione: illa Christus ex  
formidine patitur. **AVGV.** Hinc autem  
turbari et formidare poterat cor illorum quod ibat  
ab eis: quis venturus ad eos: ne forsitan gre-  
gem lupus hoc intercallo inuaderet pastoris  
absentia. unde sequitur: Audistis quia ego di-  
xi vobis: Vado et venio ad vos. Ibat autem  
per id quod homo erat: et manebat per id quod  
deus erat. Cur itaque turbaretur et formidaret  
cor: quoniam sic deserebat oculos ut non disticeret cor.  
Videt intelligeretur hinc id quod homo erat cum dixisset:  
Vado et venio: ad hoc subiicit aitque ait: Si di-  
ligenteris me: gauderetis vobis: quod vado ad pa-  
trem: quod pater maior me est. Idcirco ergo filius  
non est equalis patri: sed hoc erat utur ad pa-  
trem: a quo et venturus est iudicatur vivos et  
mortuos. Idcirco illud autem in quo est equalis gi-  
giens: nuncque recedit a patre: sed cum illo est ubi-  
que totus pari divinitate quam nullus continet  
locus. Ipse ergo filius dei equalis patri in for-  
ma dei: quod semetipm erinavit: non forma dei  
amittens: sed forma servi accipiens: maior est et  
scipio: quod maior est forma dei: quod amissa non est:  
sed forma servi quod accepta est. Hec igitur est forma  
serui in qua dei filius minor est non patre solo  
sed et spiritu sancto: sed in hac formam servi puer  
ipsius est parentibus minor erat: quoniam parvus ma-  
ioribus sicut scriptum est: subditus erat. Agnosca-  
mus igitur geninam substantiam Christi: diuinam. s.

qua equalis est patri: et humana quam maior est  
pater: utrumque aut simul: non duo sed unus est  
Christus: ne sit quaternitas: sed trinitas deus. ideo  
ergo dixit. Si diligenteris me: vniuersitate: quia va. ad  
patrem. quod nature humanae gratulandum est: eo quod  
sic assumpta est a Christo unigenito: ut immortalis  
restituatur in celo: atque ita fieret terra sublimis:  
ut incorruptibilis puluis sederet ad dexteram  
patris. Quis non hinc gaudeat quod sic diligit  
Christum. ut suam naturam iam immortaliter gratuletur in  
Christo: atque ipsum speret futurum esse per Christum.  
**HYLA.** ix. de trini. Vel aliter: Si donan-  
tis auctoritate pater maior me est: nunquam per do-  
ni confessionem minor filius est: maior itaque  
donans est: sed minor iam non est cui unum esse do-  
natur. **CHR.Y.** Vel aliter: Nonne  
runt apostoli quod sit resurrectio quam predixerat  
dicens: Vado et venio ad vos: neque qualcum  
oponetebat de eo opinionem babebat: patrem ve-  
ro magnum esse estimabat. Dicit igitur eis: Et  
si de me formidatis ut non sufficiente mibi per  
si assistere: neque confiditis quod post crucem rur-  
sus vos videbo: tamen audientes quoniam  
ad patrem vado operebatur letari: et de reliquo  
quoniam ad maiorem vado: et potentem omnia  
versuta dissoluere. Nec autem omnia ad  
imbecillitatem discipulorum dicebantur. Et  
ideo subdidit: Et nunc dixi vobis priusquam fi-  
at ut cum factum fuerit credatis. **AVGV.**  
Quid est hoc cuius magis credere homo debe-  
at antequam fiat id quod credendum est? Nec est  
.n. laus fidei si quod creditur non videtur. nam  
et ille cui dictum est. Quia vidisti credidisti:  
aliud vidit: aliud credidit: vidit hominem cre-  
ditum deum. Sed si dicuntur credi que viden-  
tur sicut dicit unusquisque oculis suis se credi  
disse: non tamen ipsa est que in nobis edifica-  
tur fides: sed ex rebus que videntur acquiri-  
tur in nobis ut ea credantur que non viden-  
tur. Illud itaque dicit: Cum factum fuerit: quod  
cum post mortem visuri erant viventes: et ad  
patrem ascendentem: quo viso fuerant credi-  
turi quod ipse esset Christus filius dei qui hoc po-  
tuit facere et predicere antequam ficeret. Credi-  
turi autem hoc non fide noua: sed aucta: aut  
certe cum mortuus esset defecta: cum resurre-  
xisset refecta. **HYLA.** ix. de trini. Blo-  
rie autem resumende meritum: continuo su-  
biccit dicens. Jam non multa loquar vo-

biscum. **BEDA.** Ideo hoc dicebat: quoniam iam istabat tempus ut comprehenderetur: et ad mortem traderetur: **Venit enim princeps mundi huius.** **AVGV.** Quis nisi diabolus: non autem creaturarum: sed peccatorum p̄inceps est diabolus. **Vnde** apostolus cum dixisset aduersus rectores mundi: sequenti verbo expositus: quid dixisset mundi: cum subiungit tenebrarum harum. i.e. hominum impiorum. Et in me non habet quicquam. Quia neque cum peccato deus venerat: nec eius carne de peccati propagine virgo peperat. Et tanquam ei dicetur: **Eur ergo morieris: si non habes peccatum cui debetur mortis supplicium: continuo subiungit:** Sed ut cogit mundus quia diligo pa. & sicut man. de. mibi pater sic facio.

**C** Feria secunda. **Ioannis. iiiij .capi.**

**S**ic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam eternam. **No**n enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum sed ut salvet mundus per ipsum. Qui credit in eum non iudicatur. Qui autem non credit iam iudicatus est quia non credit in nomine unigeniti filii dei.

**CHRY.** Quia dicerat: Oportet exaltari filium hominis quo mortem occulte significavit ne auditor tristis ab his fieret verbis humanum quid de eo suspicans et mortem eius estimans non esse existentiam: hoc ad rectitudinem reducit: filium dei dicens cum qui datur ad mortem: et mortem eius causam esse vite eternae. **vnde** dicit: Sic deus dilexit mundum: ut si. su. unige. da. ut omnis qui credit in eum non pereat: sed habeat. vi. eternam. q.d. Ne mireris quoniam ego debeo exaltari ut vos salvemini: etenim et patri hoc videtur quod ita nos dileris: ut pro seruis indeuotis filium dederit. dicendo autem: Si deus dil. mun. multam indicat amoris intentionem. **Mul**ta enim est et infinita dislantia: qui enim immortalis: qui sine principio: qui magnitudo i-

finita eos qui sunt ex terra et cincere infinitis plenos peccatis dilerit. sed et ea que post hoc ponit: ostentativa sunt magni amoris: no. n. scrum: non angelum: non archangulum dedicit: sed filium suum. **R**ursus si filios plures habuerit: et dedisset unum: hoc etiam esset maximum. Nunc vero filium unicum dedit. vnde subdit: **Unigenitus.** **HYLA.** vi. de trini. Sed si dilectionis hinc fides est creaturae creature prestatissime: non facit magni meriti fidem validis et spem et tactura. **P**reciosa autem sunt que commendant charitatem et ingentia ingentibus estimantur. **D**e diligēs mundū filium non adoptiuimus: sed suum et unigenitum dedit: hinc proprieas est: nativitas est: veritas est: non creatio est: non adoptio est: non falsitas est: hinc dilectionis et charitatis fides est ut ad mundi salutem et filium et suum et unigenitum prestatisset. **THEO.** **V**idetur autem mihi quod sicut spurius dicit: quod filius hominis descendit de celo: cum caro de celis non descenderit: sed propter unam personam in christo que dei sunt attribuit boni: sed et nunc ecce verso quod sunt bonis verbo dei appropriat: etenim deus dei filius impassibilis mansit: sed quia unus erat secundum hypostasim dei filius et homo qui passionem sustinuit: filius dari dicitur in morte quam passibiliter patiebatur. **H**oc natura propria: sed carne propria. **E**st autem maxima dulitas consecuta ex huiusmodi datione mentem credens humanam. **S**equitur enim: Ut ois qui credit in eum non pereat: sed habeat vitam eternam. **Vetus** namque testamentum his quod scrupulabant illud dierum longitudinem promittebat: euangelium vero eternam et insolubilem vitam. **AVGV.** Notandum vero quod cades de filio dei unigenito replicat que de filio hominis in cruce exaltato premiserat dicens: Ut omnis qui credit in eum. quia idem redemptor et conditor noster filius dei ante secula existens: filius hominis factus est in fine seculorum: ut qui per divinitatis sue potentiam nos creaverat ad perfruendum beatitudinem phenis vita: ipse per fragilitatem humanitatis nostre nos restauraret ad percipiendam quam perdidimus vitam. **ALCVI.** Vere autem per filium dei habebit mundus vitam: quod non alia causa venit in mundum nisi ut saluet mundum: vnde sequitur: Non enim misit deus filium in mundum ut iudicet mundum: sed ut salvet mundum per ipsum. **AVGV.** Quare. n. saluator mundi dictus

est: nisi ut saluet mundum: ergo quantum sit  
medico est sanare venit egrotum. Ipse se in-  
terunit qui precepta medici seruare non vult  
aut contemnit. **CHR Y.** Sed quia hoc dicit:  
multi pigrorum in peccatorum magnitudine  
et negligentie superabundantia dei abutentes  
misericordia dicunt: non est gehenna: non est  
supplicium: omnia nobis deus peccata dimit-  
tit. Sed considerandum quod duo sunt christi ad  
uentus: qui iam factus est: et qui futurus est.  
Et prius quidem factus est non ut iudicet que  
facta sunt a nobis: sed ut dimittat. Secundus  
autem non ut dimittat. sed ut iudicet. De po-  
tri igitur ait: Non veni ut iudicē mundū: quod  
enim clemens est: non facit iudicium. sed ite-  
rim remissionem omniū peccatorū per baptis-  
mum primo: et postea per pniām; quod si hō  
nō fecisset: vniuersi simul perditi essent. Dēs  
enī peccauerunt et regent gratia dei. ne igit  
aliquis crederet se impune peccare: subdit de  
pena non credentis: Qui credit in eum nō in-  
dicatur. qui credit inquit: non qui investigat:  
quid igitur si imundam habeat vitam: marie  
quidem paulus tales nō fideles esse dicit. Qō  
sitetur inquit se nosse deū: factis autē negat: sū  
hoc illud significat: quia fīm hoc qui credit nō  
iudicatur: sed operum quidem grauiorēm su-  
stinebit penam: infidelitatis autem causa nō  
torquebitur. **ALCVI.** Vel quia credit in  
eum: et adheret ei ut membrum capiti: non iu-  
dicabitur. **AVGV.** Quid autem dicturū  
sperabas de eo qui non credit nisi quod indi-  
catur? Sed vide quid dicit: Qui autem nō cre-  
dit iam iudicatus est. Nondum apparuit iu-  
dicium: sed iam factum est iudicium. Novit  
enī dominus qui sunt eius: nouit qui per-  
maneant ad coronam et qui permaneant ad flā-  
mam. **CHR Y.** Aut hoc dicit quia ip̄z di-  
scendere impenitentis supplicium est. esse. n.  
extra lumen etiam fīm se maximum supplicium  
est: vel quod futurum est prenunciat: sicut. n.  
qui occidit hominē: si nōdum sua iudican-  
ta cōdemnatus sit: rei tamen natura cōdem-  
natus est: uta et qui incredulus est sicut et adaz  
qua die comedit de ligno mortu⁹ ē. **GRE.**  
xxvij. moral. Vel aliter: In extremo iudicio  
aliqui non iudicantur et pereant: de quibus hic  
dicit: Qui nō credit iam iudicatus est. Non  
enī eorum tunc causa discutitur: qui a con-  
specie districti iudicis iam cum dānatione sue

infidelitatis abscedunt: professionem vero se  
dei retinentes: sed professionis opera nō ha-  
bentes redarguntur ut pereant. Qui vero  
nec fidei sacramenta tenerunt: increpationē  
iudicis in extrema examinatione non audiunt:  
quia predicati in infidelitatis sue tenebris  
eius quem et expererant invectione argui non  
merentur. Princeps namq; terrenam tempis  
blicam regens: aliter puniū ciucm interē de-  
linquentem: atq; aliter hostem exterius rebel-  
lanteim. In illo iura sua consulit: contra hostē  
vero bellū mouet: dignaq; ei⁹ malicie torne-  
ta retribuit: de malo vero eius quid lex hēcat  
non requirit. neq; n. lege necesse est perūni  
eū qui lege nūq; potuit tenēti. **ALCVI.**  
Quare aut iudicatus est qui non credit: causā  
assignat dicens: quia nō credit in nomine vni  
geniti filij dei. In hoc enim solo nomine ē sa-  
lus. Non habet deus multos filios qui pos-  
sint saluare: hunc habet vñigenitum p quem  
saluat. **AVGV.** de baptis. parvulorum.  
H̄bi ergo parvulos ponimus baptizatos ut  
si inter eos qui crediderunt: hoc enim eis acq-  
ritur per virtutem sacramenti et offertiu⁹ re-  
sponsionem: ac per hoc eos qui baptizati non  
sunt: inter eos qui non crediderūt statim⁹.  
**C** Hoc est autem iudicium: quia lux  
venit in mundum: et dilexerunt homi-  
nes magis tenebras q̄ lucem. Erat enī  
eorum mala opera. Omnis enī qui ma-  
le agit odit lucem: et non venit ad lucez  
ut non arguantur opera eius. Qui au-  
tem facit veritatem venit ad lucem ut  
manifestentur opera eius: quia in deo  
sunt facta.

**ALCVI.** Reddit causam quare non cre-  
diderunt: et q̄re iuste dānantur dicens: Hoc  
est autem iudicium: quia lux venit in mundū.  
**CHR Y.** Quasi dicat. Nunquid ipsi eam  
querierunt vel laboraverunt ut inuenirent?  
Ipsa lux venit ad eos: nec ei occurserunt. vñ  
sequitur: Et dilexerunt homines magis tene-  
bras q̄ lucem. Hic de reliquo omni eos pri-  
uat excusatione: venit enī eripere a tenebris  
et ad lucem ducere. Quis ergo eius qui non  
vult ad lucē accedere miscrebitur? **BEDA.**  
Lucem scipsum appellat: de qua supra euan-  
gelista dixit: Erat lux vera. Tenebras vero

L

appellat peccata. deinde quia videbat multis  
esse incredibile quod dictum est: nullus enim  
tenebras prehonorat luci: subdit causam qua  
re hec passi sunt dicens: Erant enim eorum  
opera mala. Et siquidem in iudicium venis-  
set: haberet hoc aliquam rationem: qui enim  
malorum sibi conscius est: fugere indicem co-  
sideruit: parcenti vero qui deliquerunt occurruit.  
dicens igitur: Erant: eos qui multorum sibi  
ipsis erant consciij peccatorum maxime chri-  
sto ad ignoscendum venienti occurrere: qd et  
in multis factum est. Etenim publicani et pec-  
catores venientes recumbebant cum iesu: ga-  
vero quidam sunt ita molles ad eos qui pro  
virtute sunt labores: ut usq; ad ultimum ve-  
lint adherere malicie: in horum iniuriam sub-  
dit: Omnis enim qui male agit odit lucem.  
Quod quidem dictum est de his qui eligunt in  
malitia manere. ALCVI. Quia omnis q  
male agit odit lucem. i. qui est in intentione pec-  
candi: cui placet peccatum: odit lucem que de-  
tegit peccatum. AVGV. x. confessionum:  
Quia enim falli noluit et fallere voluit: amat  
enim eam cum seipsam indicat. Inde retrahetur  
eis ut eos nolentes manifestet et eis  
ipsa non sit manifesta. Amant ergo veri-  
tatem lucentes: oderunt cain redarguentem.  
vnde sequitur: Et non venit ad lucem ut no  
arguat opera ci<sup>9</sup>. CHRYSOSTO  
MVS. Eum enim qui in paganismo vi-  
vit: nullus redarguit: quia deus tales habet:  
et digna dogmatibus opera demonstrat. Qui  
vero christi sunt male viuentes: ab omnibus  
rectis accusantur. Si autem gentiles sunt re-  
cte viuentes hoc manifeste non noui. Non  
enim mibi dicas eos qui a natura sunt mi-  
ties et honesti: non enim est hoc virtus: sed  
cum dic qui a passionibus sustinet violentiam  
et sapienter vivit: sed no vtiq; habes. Si eni  
regni enunciatio et gehenne mine et alia tanta  
documenta vir detinet homines in vite: nul-  
lo horum persuasi pertransibunt virtutem. si  
vero hypocrisis fingunt glorie gratia h faci-  
unt. vnde cum potuerint laedere no omittent  
uti malis desiderijs: que etiam vtilitas est cu  
aliquis sobrius sit et non rapit: sit vero vane  
glorie seruus. hoc enim non est recte viuere.

Inanis enim glorie seruus fornicatio non  
minor est: multo enim plura et graviora ope-  
ratur. Si autem quidem recte sunt viuentes  
in gentilibus: no hoc aduersatur huic sermo-  
ni quia non frequenter contingit: sed raro.  
BEDA. Adorat etiam illi magis te-  
nebras qd lucem diligunt: q suos predicatori-  
res bene docentes odijs et detractionibus in-  
sequuntur. Sequitur: Qui autem facit veri-  
tatem venit ad lucem: ut manifestentur ope-  
ra eius: quia in deo sunt facta. CHRYS-  
OSTOMVS. Non autem de his  
qui ab initio facti sunt christiani hoc dicit: sed  
tantum de his qui ex gentibus vel indecis ad  
rectam transponendi erant fidem. ostendit  
q; nullus vtiq; eligit in errore viuens ad fidem  
venire: nisi prius inscribat sibi ipsi viam rectam.  
AVGV. de baptis. parvulorum: In deo au-  
tem facta dicit opera eius qui venit ad lucem:  
quia intelligit iustificationem suam no ad sua  
merita: sed ad dei gratiam pertinere. AV-  
GV. super ioan. Sed si omnia opera deus  
mala inuenit quomodo quidam fecerunt ve-  
ritatem: et venerunt ad lucem idest ad chris-  
tum. Sed dilexerunt inquit supra tenebras  
magis qd lucem. ibi posuit vim. Multi dile-  
xerunt peccata sua: multi ea confessi sunt. Ac-  
cusat deus peccata tua si et tu accuses adiunge-  
ris deo: oportet ut oderis in te opus tuum: et  
ames in te opus dei. Initium operum bono-  
rum confessio est operum malorum: et tunc fa-  
cis veritatem: quia non te palpas: no tibi bla-  
diris. Venis autem ad lucem: quia hoc ipsum  
quod tibi displacevit peccatum tuum: non tibi  
displacebit nisi deus tibi luceret: et eius veri-  
tas tibi stenderet. Et acut autem aliquis verita-  
tem confessionis et venit ad lucem in operi-  
bus bonis: etiam propter illa que videtur mi-  
nuta esse peccata lingue: aut cogitationum aut  
immoderationis in rebus concessis quoniam  
minuta plura peccata: si negligantur occidunt.  
Minute sunt gutte que flumen implent: mi-  
nuta sunt grana barene: sed si multa barena  
imponatur: barena premit atq; opprimit. hoc  
facit sentina neglecta: quod facit fluctus irru-  
ens paulatim. per sentinam intrat sed diu in-  
trando et non exhauiendo mergit naem.

Quid est autem exbaurire: nisi bonis operibus agere ne obruant peccata: gemendo: ieiunando: tribuendo: ignoscendo.

**C**teria tertia. Joannis. x. cap. i.

**A**men amē dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium: sed ascendit aliunde: ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium pastor est ouium: Huius ostiarii aperit: et oves vocem eius audiunt. Et proprias oves vocat nominatim: et educit eas. Et cum proprias oves emiserit ante eas vadit: et oves illum sequuntur: quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur: sed effugunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. Hoc proverbiū digit eis iesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.

**CHRY.** Quia dominus de ciuitate iudeorum disputauerat ne dicant: Non est ex nostra cecitate quod ad te non accedimus: sed a te auertimur: ut erroneum fugientes: vult ostendere quod non est erroneus sed pastor: ponens signa latronis et pastoris. Et primo ostendit quis est erroneus et fur dicens: Amen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium: sed ascendit aliunde: ille fur est et latro. Hic autem et eos qui ante eum fuerunt occulte insinuat: et eos qui post eum futuri sunt antichristum et pseudo christos. ostium autem scripturas vocavit he enim dei cognitionem aperiunt: he oves custodiunt: et lupos super venire non permittunt. Hereticis introitum precludentes. Qui ergo non scripturis vtitur sed aliunde ascendit: hoc est aliam sibi et non legitimam viam facit: h fur est. dicit autem: Ascendit et non intrat ad similitudinem fu-

ris maceriam transcendere volentis: et per culose omnia agentis. dicens autem: Aliunde: etiam sribas occulte insinuavit qui docebant mandata et doctrinas hominum: et leges preuaricabantur. Si autem infra seipsum ostium dicit: non oportet turbari. etenim pastorem seipsum et ouem differenter predicat quia enim adducit nos patri: ostium se dicit. quia vero procurat: pastorez. **AVGV.** Vel aliter. Multi sunt qui finem quandam vite huius consuetudine dicuntur boni homines: qui ea que in lege mandata sunt quasi observant: et christiani non sunt: et plerique se tractant sicut pharisei. nunquid et nos eccliam sumus. quia vero omnia ista que faciunt: et ne sciunt ad quem finem referant: inaniter faciunt: dominus de grege suo et ostio quo intratur ad ouile similitudinem posuit dicens: Amen amen. Dicant ergo pagani vel iudei vel heretici: bene vivimus. si per ostium non intrant: quid eis prodest? Ad hoc enim debet unicus prodesse bene vivere: ut detur illi semper vivere: quia nec bene vivere dicendi sunt: qui finem bene vivendi vel cecitate ne sciunt vel inflationem contemnunt. Non est autem cuius spes vera semper vivendi nisi cognoscat vitam quod est christus et per hanc ianuam intret in ouile. Quicunque ergo vult intrare ad ouile per ostium intret: non solum christum predicit: sed christi gloriam querat non suam. Humilis autem ianua est christus qui intrat per hanc ianuam: oponet humilem esse: ut sano capite possit intrare. Qui autem se non humiliat sed extollit: per mactriam vult ascendere: ideo exaltatur ut cadat. Querunt ergo plerique tales homines etiam persuadere hominibus ut bene vivant: et christiani non sint: per aliam partem volunt ascendere: rapere et occidere. Tales ergo fures sunt: quia quod alienum est suum dicunt: Latrones: quia non furantur occidunt. **CHRYSOSTOMVS.** Didicisti qualiter descripsit latronem intuere. et pastoris definitionem. Sequitur enim: Qui autem intrat per ostium: pastor est ouium. **AVGVSTI.** de ver. domi. Intrat per ostium qui intrat per christum: qui imitatur passionem

christi: qui cognoscit humilitatem christi: ut cum deus factus sit homo pro nobis cognoscat se homo non esse deum sed hominem. Qui n. vult deus videri cum sit homo non imitatur illum qui cum deus esset: homo factus est. Tibi autem non dicitur: Esto aliquid minus quod es: sed agnosce quid es. Sequitur: huic ostiarium aperit. **CHR Y.** Nihil prohibet ostiarium vocare moysen: ille enim est cui eloquia dei credita sunt. **THEO.** Vnde spiritus sanctus est ostiarium: per quem scripture reserante nobis indicant christum. **AVGV.** Vnde aliter: Ostiarium ipsorum dominum debemus accipere. multo sunt enim magis inter se diversa in rebus humanis pastor et ostium: quod ostiarium est ostium et tamen dominus et pastorem se dixit et ostium. Cur ergo non intelligamus ipsum et ostiarium. ipse enim se aperit: qui se ipsum exponit. Si aliam personam queris ostiarum: vide ostiarium forte spiritum sanctum: de quo dominus dicit: Ipse vos docet omnes veritatem. ostium est christus qui est veritas. quis aperit ostium: nisi qui docet veritatem. Lauendū tamen est ne maior estimetur ostiarium esse quod ostium: quia in dominibus hominum ostiarium ostio: non ostium preponitur ostiarium. **CHR Y.** Quia vero dicebant cum esse deceptorem. et hoc ex infideliitate sui ipsorum certificabant dicentes: quis principium credit in eum ostendit nunc quod ex hoc quod non attendunt ei: ex ordine omnium excluduntur: unde sequitur: oves voces eius audiunt. Si enim pastoris est per legitimum intrare ostium per quod ipse intravit ab omnium congregatione se abstrahunt qui ipsum non audiunt. Sequitur: Et proprias oves vocat nominatim. **AVGV.** Novit enim nomina predestinatores unde discipulis ait: Baudete quoniam nomina vestra sunt in celo. Sequitur: Et educit eas. **CHR Y.** Oves educabat quando eas mittebat: non extra lupos: sed in medio luporum. Videtur autem et de ceco occulte insinuare. tenim illum eduxit vocans ex medio indeorum: et vocem eius audiret. **AVGV.** Sed et quis alius oves emitit: nisi qui earum peccata dimittit. ut cum se qui duris liberate vinculis possint. Sequitur enim: Et cum proprias oves emiserit ante eas vadit. **GLO.** Emissit siquidem eas de tenebris ignorantie ad lucem: duos ante eas va

dit: quasi in colima nubis et ignis. **CHR Y.** Minirum pastores contrarium faciunt oves sequentes: sed ipse ostendit se contrarium facere: quoniam oves deducit ad veritatem. **AVGV.** Et quis est qui oves precessit: nisi qui surgens a mortuis iam non moritur: et patri dicit: Quos dediti mihi: volo ut ubi ego sum: et ipsi sint mecum. Sequitur: et oves illorum sequuntur: quia sciunt vocem eius: alium autem non sequuntur: sed fugiunt ab eo: quod non nouerunt vocem alicuius. **CHR Y.** Alienos dicit eos qui circa theodam et iudeas: aut eos quod post hoc alios debent decipere per eundem apostolos. ut enim non dicatur unus ilorum esse per multa se ab eis separatus. primo quod dem per doctrinam scripturarum: per quas christus ad se homines adducebat. Illi vero ab eis homines abstrahebant. Secundo per omnia obedientiam. nam in eum quidem non solum venientem: sed etiam mortuum homines crediderunt: illos autem confessim reliquerunt. **THEOPHI.** Significat etiam antichristum: qui paululum decipiens non obtinebit sequaces post eius mortem. **AVGV.** Sed quomodo soluetur ista questio: Audiunt vocem christi quandoque non oves. audiunt enim iudas: sed lupus erat et non audiunt oves. aliqui enim eorum qui christum crucifixerunt non audierunt. sed oves erant. Sed dicet aliquis quod non audiabant: oves non erant. vox audita eos mutauit: et ex lupis oves fecit. Ide autem adhuc mouet quod per ezechiel obiurgat dominus pastores: et dicit inter cetera de omnibus: Errantem non renocastis: et errantem dicit et oves appellat. Non erraret si vocem pastoris audiret: sed ideo errauit quia vocem alieni audivit. Dico ergo: Novit dominus qui sunt eius: novit prescitos: novit predestinatos. Ipsi sunt oves aliquando scipi nesciunt: sed pastor novit eas multe enim oves fons sunt: et multi lupi intos. De predestinatis ergo loquitur. Est autem aliqua vox pastoris in qua oves non audiunt alienos in qua non oves non audiunt christum. Que est ista vox? Qui perseveraverit usque in finem: hic saluus erit. Hanc vocem non negligit proprius: non audit alienus. Sequitur: Hoc prouerbit dicit eis iesus: Illi autem non cognovit quid loquebatur eis. Hascit enim dominus manifestis: exercet obscuris. Cum

203

antem duo audiunt verba euangelij: vntis i,  
pius: alter pius. et talia forte sunt: vt ambo non  
intelligant. unus dicit: verum est quod di-  
xit: et bonum est quod dirit: sed nos non intel-  
ligimus. Iste quia credit: iam pulsat: dignus  
est cui aperiatur: si pulsare persistat. Alius di-  
cit: Nibil dixit qui adhuc audiat: Nisi credi-  
deritis non intelligetis.

**C** Dixit ergo eis iterum iesus: Amen  
amen dico vobis: quia ego sum ostium  
ouium. Omnes quotquot venerunt fu-  
res sunt et latrones: sed non audierunt  
eos oues. Ego sum ostium. Per me  
siquis introierit saluabitur: et ingredie-  
tur et egredietur: et pascua iuueniet. Fur  
non venit nisi ut furetur: et mactet et p-  
dat. Ego veni ut vita habeam: et abu-  
dantius habeant.

**CHRY.** Dominus attentiores volens in-  
deos facere manifestat quod supra dicerat. vñ  
dicitur: Dicit ergo iterum eis iesus: Amen  
amen dico vobis: ego sum ostium ouium. **AV-**  
**GV.** Ecce quod clausus posuerat apuit: ipse  
est ostium intremus: et nos intrasse gaudea-  
mus. Sequitur: Omnes quotquot vene-  
res sunt et latrones. **CHRY.** Non de p/  
phetis hoc dicit sicut heretici dicunt: sed de se-  
cundis: vnde et laudans oues subiungit. Sed  
non audierunt eos oues. Nusq; autem vide-  
tur laudare eos qui non obedierunt prophe-  
tis: sed eis detrahit vehementer. **AVGV.**  
Intellige ergo: Quotquot venerunt per me:  
non autem preter illum prophete venerunt: qz  
cum illo venerunt qui cum verbo dei venerunt:  
qui veraces fuerunt quia ipse verbum et ve-  
ritas venturus precones mittebat: sed eorum  
corda quos misericordia possidebat carnem quip-  
pe ipse accepit ex tempore qui est semper. In  
principio enim erat verbum: ante aduentum  
autem eius quo humilis venit in carne pre-  
cesserunt iusti: sic eum credentes venturum:  
quomodo nos credimus in eum qui venit. te-  
pore variata sunt: non fides. Eadem enim fi-  
des virosq; coniungit: et eos qui venturuz es-  
se: et eos qui venisse crediderunt. Quotquot  
ergo preter illum venerunt: fures fuerunt et  
latrones. i.ad furandum et occidendum ve-

nerunt. Sed non audierunt eos oues. illi. s.  
de quibus dictum est: Non dicit dominus q. sc.  
cius. Eos ergo non audierunt oues: in qui-  
bus non erat vox christi: errantes: vana fin-  
gentes: miseris succedentes. quare autem se  
ostium dixerit aperit subdens: Ego sum osti-  
um. per me siquis intro. saluabitur.

**AL.** **CVI.** q. d. Illos non audiunt oues sed me  
audiunt: quia ego sum ostium: et qui per me  
non factus sed crucis introierit persecutio-  
do saluabitur.

**THEOPHI.** Eancit autem ad pascua dominus oues per ostium.

vnde sequitur: Et ingreditur et egreditur:  
et pascua iuueniet. Que sunt autem hec pascua?

misi delectatio futura et requies in quam nos  
dominus introducit.

**AVGV.** Sed quid dicit: Ingreditur et egreditur:  
In-

gredi quippe in ecclesiam per ostium christi  
valde bonum est: exire autem de ecclesia non  
est bonum.

Protest ergo dici igredi nos quando  
interius aliquid cogitamus: egredi autem  
quando exterius aliquid operamur. Et illud:

Exiuit homo ad opus suum.

**THEO.** Vel ingredi dicitur cui est cura homo interi-  
or: egredi vero qui heminem exteriorem. i.e.  
membra que sunt supra terram in christo mor-  
tificat: hic enim pascua in futuro reperiet se-  
culo.

**CHRY.** Vel hoc dicitur pro apostolos q. cuo  
oculo introierunt: et exierunt ut totius

orbis terrarum facti domini: et nullus eos eis  
cere valuit: et nutrimentum habuerunt.

**AVGV.** Sed plus me delectat q. ipse quodam  
modo nos admonuit: cum secutus adiungit.

Fur non venit nisi ut furetur.

**ALCVI.** q. d. Merito oues non audiunt vocem furis

quia non venit fur nisi ut furetur: alienam  
rem sibi usurpando: non de preceptis christi

suos sectatores instruens: sed suis exemplis

eos vivere suadens. vnde subditur: Et ma-

cet mala doctrina retrahendo a fide: Et per-

dat in eterna damnatione. illi ergo furantur  
et occidunt.

Ego veni ut vitam habeam: et abu-

dantius habeant.

**AVGV.** Videtur mihi dixisse ut vitam habeant. ingredientes hoc

est per fidem que per dilectionem operatur:  
per quam fidem in ouile ingrediuntur ut vi-

uant: quia iustus ex fide viuit: Et abundan-  
tius habeant scilicet egredientes quando ve-

L. iiij

vitam: vbi nūque deinde moriantur. Quā, uis ergo & hic in ipso ouili nō desinit pascua inuenient tamen pascua vbi saturentur: quālia innenit cui dictum est: Hodie in eūz eris in paradiſo. **GREGO.** super ezech. in heb. xiiij. Ingredietur ergo ad fidem egreditur ad spem: pascua vero inueniet in eterna satietate. **CHRY.** Quod autem dicit: sed ur non venit nisi vt furetur & mactet et perdat. de seditionis dicit quod ad litteram est factum omnibus occisis & perditis qui eos se quebantur: & sic etiam presenti vita eos priua uerunt. Ego autem veni pro salute ouiurum vt viam habeant: & abundantius habcant in regno celorum. & hec est tertia differentia quia se discernit a pseudo prophetis. **THEO.** Myslice autem sur diabolus est qui venit tecundo vt furetur per cogitationes illicitas: et mactet per consensum: & deinde per opera destruat.

## C **seria quarta. Joannis. vi. capi.**

**N**emo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum & ego resuscito eūz in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: Erunt omnes docibiles dei Omnis qui audiuit a patre & didicit venit ad me: Non quia patrem vidit quisque: nisi is qui est a deo: hic vidit patrem. **AVGV.** Ab hominibus enim carnē assumpit: sed non more hominum. nam patrē habens in celo matrē elegit in terra & illuc natus sine matre: & hic sine patre: quid ergo talibus murmurantibus respondit subditur. Nescipit ergo iesus & dixit eis: nolite murmurare inuicem quasi dicat. Scio quare nō vi esuritis sic: vt istū panem non intelligatis neque queratis. Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit illūz. Magna gratia cōmendatio: nemo venit nisi tractus: quem trahat: & quem non trahat: quare illum trahat: & illum non trahat noli velle iudicare: si non vis errare. semel accipe & intellige: si non traheris: ora vt traharis. **CHRY.**

Hic autem insiliunt manichei dicentes: quoniam nihil in nobis est positum: sed hoc non quod in nobis est deſtruit: sed ostendit nos diuino auxilio indigentes: ostendit enim hoc non eum qui inuitus venit: sed eum qui multam patitur oppugnationem. **AVGV.** Sed si inuiti trahimur ad christūz: inuiti credimus: ergo violentia adhibetur: non voluntas ericitur. sed intrare quisque ecclesiam potest nolens. credere non potest nisi volens. corde enim creditur ad iustitiam. si ergo inuitus venit qui trahitur: non credit: si non credit non venit. non enim ad christum ambulando currimus: sed credendo nec motu corporis: sed voluntate cordis accedimus: ergo voluntate traheris. Quid est autem trahi voluntati: delectare in domino: & dabit tibi petitiones cordis tui: est quedam voluptas cordis: cui dulcis est panis ille celestis: porro si poete dicere licuit. Trahit sua quenque voluntas: quanto fortius nos dicere debemus trahi hominē ad christum: qui delectatur veritate: beatitudine: iustitia: sempiterna vita: quod totum christus est. An non habent corporis sensus voluptates suas & animus deseritur a voluptatibus suis. Da amantem: desideratē: feruensem: fonti eterne patrie suspirantē: & scit quid dicam: sed quare voluit dicere: quem traxerit pater si trahendi sumus ab illo trahamur: cui dicit quedam que diligit. Trabe me poste. Sed quid intelligi volunt aduertamus. Trahit pater ad se lumen quod propterea credunt in filium: quia eūz cogitat patrem habere deūz. Deus enim pater equalē sibi genuit filium: & qui cogitat atque in se sua sentit ac ruminat equalē esse petri cum in quem credit: ipsum trahit pater ad filium. Arrius credidit creaturam: non enim trahit pater. sed ominus dicit: Homo solus est christus qui sic credit non cum pater trahit: trahit petrum qui dicit: Tu es christus filius dei vni. vnde ei dictum est. Non tibi reuclauit caro & sanguis: sed pater meus qui in celis est. Ista reuelatio ipsa attractio est. Si enim qui inter delicias terrenas reuelantur amantibus trahunt: non trahet reuclatus christus a patre. Quid enim fortius desiderat anima qui veritatem. sed hic homines esuriunt: ibi saturabuntur. ideo subiicit: Et ego resu. cum in uno die quasi dicat saturabitur. eo qui & hic situ

in resurrectione mortuorum quoniam ego resuscitabo eum. AVG. de que. no. et ve. te. Vel attrahit pater ad filium per opera que faciebat per illum. CHRYSOSTOMVS. Non parua dignitas filij si pater adducit: et ipse suscitat non dividens ad patrem opera: sed ostendens parilitatem virtutis. Deinde ostendit modum finis quem pater trahit dicens. Scriptum est in prophet. Et erunt omnes doci. dei. Vides fidei dignitatem: quoniam non ab hominibus neque homines: sed ab ipso deo per eam debeant addiscere. Ad agister enim presidet omnibus paratus existens sua tribuer: ad omnes suam doctrinam effundens. Si autem erunt omnes dociles dei qualiter quidam non credunt: quia hoc de pluribus dictum est: sive quoniam omnes qui volunt. AVG. de predistinzione sanctorum. Vel aliter. Sicut integre logimur cum de aliquo litterarum magistro qui in civitate solus est dicimus: omnes iste hec litteras docet: non quia omnes discunt: sed quia nemo nisi ab illo dicit quicunqz ibi litteras dicit. Ita recte dicimus. Omnes deus. docet venire ad christum: non quia omnes videntur: sed quia nemo aliter venit. AVGUSTI. super ioan. Vel aliter. Omnes regni illius homines dociles erunt dei: non ab hominibus audiunt: et si hoc ab hominibus audiunt tamquam intelligunt intus datur. strepitum verborum ingero auribus vestris nisi reuelet ille qui intus est: quomodo ergo indei me potestis agnoscere quos pater non docuit. BEDA. Dicit autem pluraliter. In prophetis: quia omnes prophete: uno eodemque spiritu repleti: licet diuersa propiciarent: tamen ad idem tendebant. quapropter cum quis eorum omnes alii concordabant: sicut cum iocle propheta qui dicit: Erunt omnes dociles dei. GLO. Hoc in iocle non inuenitur. sed aliquid simile. dicitur enim ibi si filii spiritus exultate et letamini in domino deo nostro: quia dedit vobis doctorem. Expressus tamquam est in isaia ubi dicitur. Non uinceros filios tuos doctos a domino.

CHRYSOSTOMVS. Quod qui dem precipuit est: quia ante per homines discabant que dei sunt: nunc autem per unicum filium dei et spiritus sanctus. AVG. de pre-

distinatione sanctorum. Omnes autem dociles dei veniunt ad filium: quoniam audiunt et didicerunt a patre per filium: unde subditur. Omnis qui audiuit a patre et didicit venit ad me. Si autem omnis qui audiuit a patre et didicit venit: profecto omnis quod non venit non audit a patre nec didicit. Vnde remota est a sensibus carnis hec schola in qua pater auditur et docet: ut veniatur ad filium: nec agit hoc cum carnis aure sed cordis: ubi est et ipse filius. quia ipse est verbum eius per quod pater sic docet: simul est et spiritus sanctus. Inseparabilia enim didicimus esse opera trinitatis: sed patri hoc potissimum est attributus: quia de ipso procedit et filius et spiritus sanctus. Itaque gratia que occulte et humana cordibus divina largitate tribuitur: a nullo corde duro respuit. ideo quippe tribuit: ut cordis duritia primitus afficeretur. Cur ergo non omnes docet: ut veniant ad christum: nisi quod eos quos docet: misericordia docet: quos autem dimicimus quod volunt discere: quos non docet: respondebitur nobis: Et ubi est quod ei dicitur. Deus tu conuertes viuificabis nos: aut si non faciat volentes et nolentibus deus: ut quid orat ecclesia secundum preceptum domini pro persecutoribus suis: non enim quisque dicere potest credidi: ut sic vocaret. praeuenit quippe eum misericordia dei: quia sic est vocatus: ut crederet. AVGUSTI. super ioannem. Ecce ergo quomodo trahit pater descendendo de veritate non necessitatem imponendo: trahere enim dei est. Omnis qui audiuit a patre et didicit: venit ad me. quid igitur christus nihil docuit: quid quod patrem magistrum homines non viderunt: filium viderunt: filius ergo dicebat: sed pater docebat. Si. n. ego homo cum sum illum doceo. qui audiuit verbum meum: illum docet et pater qui audiuit verbum eius. Exponit autem hoc ipse et ostendit nobis quod dixerat continuo subiungens: Non quia patrem. quisque: nisi qui a deo est: hic enim patrem. quod dicit. Ne forte cum dico vobis: omnis qui audiuit a patre et didicit: dicatis apud vos. Nunquam viduimus patrem: quoniam ab eo discere poterimus: a meipso audite: Ego non uui patrem ab illo sum: quoniam verbum est ab illo cuius est verbum: non quod sonat et trans-

fit: sed quod manet cum dicente: et trahit audi-  
entes. **CHR.Y.** Omnes quidem a deo su-  
mus. Id vero quod est precipuum filij et pro-  
prium hic non posuit pro auditore ibecillitatē.  
**C** Almen amen dico vobis: qui cres-  
dit in me habet vitam eternam. Ego  
sum panis vite. **D**atres vestri mandu-  
cauerunt manna in deserto: et mortui  
sunt. **H**ic est panis de celo descendens:  
ut si quis ex ipso manducaverit non mo-  
riatur. Ego sum panis viuus qui de ce-  
lo descendit. **S**iquis manducaverit ex  
hoc pane: vivet in eternum.

**AVGV.** Neoclare voluit se domin⁹ qd  
esset. unde dicit. Amen amen dico vobis: q  
credit in me habet vitam eternam. q. d. Qui  
• credit in me habet me: quid est autem habere  
me: habere vitam eternam: vita. n. eterna est  
verbum quod in principio erat apud deum:  
et vita erat lux hominum: assumpsit vita mor-  
tem: ut vita occideret mortem. **CHR.Y.**  
Quia vero turbe instabant: cibum corpora-  
lem petentes et ciuis cibi qui patribus eorum  
datus erat reminiscentes: vt ostendat q omni-  
nia illa figura erant huius veritatis presentis  
mentione de cibo spirituali facit dicēs. Ego  
sum panis vite. **D**ancem quidem vite se ip-  
sum vocat: quoniam vitam nostram continet  
et hanc et figuram. **AVGV.** Sed illi de  
manna superbiebant subiungit: **D**atres ve-  
stri manducauerunt manna in deserto et mor-  
tui sunt. Ideo patres vestri quia similes estis  
filiorum inimuratores patres murmurato-  
rum filiorum. Nam de nulla re magis deus.  
offendisse ille populus dictus est: q; contra de-  
um murmurando. Ideo autem mortui sunt  
q; qd videbat credebant: qd non videbant non  
credebant neq; intelligebant. **CHR.Y.**  
Non autem sine causa addit. In deserto: sed  
occulte insinuans quoniam non lengum tem-  
pus fuit: quo scilicet manna datum est neq; si  
null cum venit in terras promissionis: sed q;  
videbant panem datum a christo minus esse  
illo quod patribus datum erat: in eo q; illud  
desuper descendebat. **M**iraculum vero pa-  
num inferius generabatur properea subiun-  
git: hic est panis de celo descendens. **AV-**  
**GV.** Hunc panem significauit manna: huc

pane; significabat altare dei. Sacramēta hec  
sunt: et illa sucrunt in signis diuersa sunt: in  
re que significatur paria sunt. **A**postolum au-  
dit. Omnes candem escam spiritalem man-  
ducauerunt. **CHR.Y.** Deinde ostendit q  
maxime eos poterat persuadere: quoniam ip-  
si patribus suis multo digniores effecti sunt:  
qui manna manducantes sunt mortui. et ideo  
subdit. Ut si quis ex ipso manducaverit: non  
moratur. **A** fine vtriusq; cibi ostendit diffe-  
rentiam. panem autem hic dogmata salutaria  
dicit. et fidem que in ipsum est auf corpus su-  
um: hec enim conseruant animam. **AVG.**  
Sed nunquid non morimur: qui mandu-  
cavimus panem descendedentem de celo: sic illi  
sunt mortui: quic madmodum et nos sumus  
morituri quantum attinet ad mortem hui⁹ cor-  
poris visibilem atq; carnalem. quantum autē  
pertinet ad mortem spiritale⁹ qua patres isto  
rum mortui sunt. Manducavit manna moy-  
ses et multi qui domino placuerunt: et mortui  
non sunt: quia visibilem cibum spiritualiter i-  
clererunt: spiritualiter gustauerunt ut spiri-  
tualiter faciarentur. Nam et nos hodie accipi-  
mus visibilem cibum: sed aliud est sacra-  
mentum: aliud virtus sacramenti: quoniam mul-  
ti de altari accipiunt: et accipiendo moriuntur.  
unde apostolus: Judicin⁹ sibi manducat et bi-  
bit: panem ergo celestem spiritualcm mandu-  
care est innocentiam ad altare apponare. pec-  
cata et si fint quotidiana: non fint mortifera an-  
teq; ad altare accedatis. attendite quid dicatis.  
Dimitte nobis debita nostra sicut et nos di-  
mittimus debitoribus nostris: si dimittis: di-  
mitiens tibi securus accede: panis est non ve-  
nenum. si quis ergo ex hoc pane manducave-  
rit: non morietur. Sed quod pertinet ad vir-  
tutem sacramenti non quod pertinet ad visi-  
bile sacramentum: qui manducat scilicet int⁹  
non foris. **ALCVI.** Ideo inq; non mori-  
tur qui comedit hunc panem: quia ego su⁹ pa-  
nis viuus qui de celo descendit. **THEO-**  
**PHI.** H̄der hoc scilicet quod incarnatus ē:  
non ergo prius solum fuit homo: et postmo-  
dum assumpsit diuinitate⁹ ut nestorius fabu-  
latur. **AVGV.** De celo descendit et man-  
na: sed manna umbra erat: iste veritas est.  
**ALCVI.** Est autem mea vita viuificans.  
unde sequitur. Si quis manducat ex hoc pa-  
ni uerit. non tam in p̄fici p̄ fidē et iusticiā: s; i cœrū.

**C**Et panis quem ego dabo caro mea est: pro mundi vita.

**AVGV.** Determinat consequenter dominus quomodo se panem dicat non tam similitudinem que pascit omnia: sed etiam similitudinem naturam que est assumpta verbo dei cum subdit. Et panis quem ego dabo caro mea est: pro mundi vita. **BEDA.** Hunc panem tunc dominus dedit quando mysterium corporis et sanguinis sui discipulis tradidit: et quando semiperfum deo patri obtulit in arca crucis. quod vero dicit. Pro mundi vita. non debemus intelligere pro clementis: sed pro hominibus qui mundi nomine designantur.

**THEOPHI.** In hoc quod dicit. Quem ego dabo: potestatem suam demonstrat: quod non sicut seruus minor patre crucifixus est: sed voluntaric. nam et si a patre dari datur: tamen scilicet tradidit ipse. Attende autem quod panis qui in mysteriis a nobis assumitur: non solum figuram gerit carnis christi: sed ipse est vera caro christi. non. n. dixit: Panis quem ego dabo figuram carnis mee gerit: sed caro mea est. Transmutatur autem in inarrabilibus verbis iste panis ex mysticam benedictionem et habitationem spiritus sancti in carnem christi. Sed quare non videmus carnem: quia si caro videatur horror nos in eius assumptione inuaderet. unde et nostri infirmitati non descendatur talis nobis videatur mysticus cibus simus quod nosre consuetudini competebat: pro mundi autem vita carnem suam tradidit: quia moriendo mortem soluit. Ego etiam intelligo pro mundi vita resurrectionem: nam domini mors universalem resurrectionem totius generi humano ministravit. forte autem et virtus que in sanctificatione et beatificatione consistit et spiritu: mundi vitam dicit: quis enim non omnes suscepint vitam que est in sanctificatione et spiritu: tamen dominus seipsum pro mundo tradidit. et quantum in eo totus mundus sanctificatur. **AVGV.** Quando autem caperet caro quod dixit panem carnem: norunt autem fideles corpus christi: si corpus christi esse non negligant: sicut corpus christi: si volunt vivere de spiritu christi: de spiritu. n. christi non vivit: nisi corpus christi: nunquid. n. corpus meum vivit de spiritu meo. Hunc panem exponit apostolus dicens. Unum corpus mul-

ti sumus. O sacramentum pietatis o signum unitatis: o vinculum charitatis. qui vult vivere accedat: credat: incorporetur ut vivifice.

### **C**teria. v. Luce. ix. cap.



**O**nus eatis iesus duodecim apostolis: dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia: et ut lagares curarent. Et misit illos predicare regnum dei: et sanare infermos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via: neque virgam neque peram: neque panem neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. in quaeunque domum intraveritis ibi manete: et ide ne exeat. Et quicumque non receperint vos exirentes de civitate illa: etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos. Egressi autem ibant per castella: euangelizantes et curantes ubique. **CIRYL.** Decebat institutos ministros sacrae doctrinae posse mira pagere et per ipsos effectus credi quod essent dei ministri. vñ dñ: Leo caris iesus. xij. apo. dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia. In quo eleuatum super calum diaboli flectit: quod dicebat aliquis: Non est quod tradicere valeat. **EVSE.** Et ut per eos venient genituri humani: non soli dat eis ut prauos spiritus pellat: sed et qualibet infirmitatem sanent ex eius iperio. vñ sequitur: Et ut languores curarent. **CIRY.** Attendas hic dominum filij patrum: in natura corporali non convenient: agere namque miracula aderat sanctis: non natura: sed principio spiritus sancti. Super hoc autem alijs procederunt patrem, prorsus alienum erat ab eorum virtute. Qualiter. n. posset natura creata super spiritus dona possidere dominum? At dominus noster iesus Christus tanquam naturaliter deus omnipotens bonus gratias quibus vult: non invocans in eos alienam virtutem sed infundens ex proprio patuariis propriis. **CHRYS.** Postquam autem sanitatis fortis fuerat ex eius comititia: et competentes nacti sunt argumentum virtutis eius iniit coram sequitur: Et mihi. ille. pater. reg. dei. et san. infer-

**O**bis considera q̄ non committitur eis aliquod sensibile dicere: sicut moyses & prophete qui terram & bona terrena promittebant. **bi** vero regnum celorum & quaecunq; continentur in eo. **G R E.** nazanzenus. **A**d huc autem discipulos ad predicandum dominus multa eis inuinxit: quoru; summa est sic eos virtuosos esse sic constantes atq; modestos: & vt brieuiter loquar celestes vt non minus propter eorum modum vivendi quam propter verbum euangelica doctrina propagaretur. **E**t ideo cum eris & baculi carentia & amictus singularitate mittebas. **E**t ideo subdit: **E**t ait ad illos: **N**ihil tolleritis in via: neq; virgam neq; peram: neq; panem neq; pecuniā: neq; duas tunicas habeatis. **C H R Y.** **P**lurima quidem per hoc constituebat. primo quidem i suspectos reddens discipulos. secundo sequestrans eos a qualibet cura: vt totum suum adhiberent verbo. tertio docens eos p̄ priam virtutem. **S**ed forsitan dicet aliquis certa quidem habere ratione: sed non habere peram in via. nec duas tunicas: nec baculū: cuius rei causa precipit? **V**olens scilicet excitare eos in qualibet diligentia. **E**t vt loquar ex hominibus angelos faciet eos: dirimens a qualibet cura vite vt una sola cura detineatur doctrine. **E V S E.** **V**olens igitur eos carere cupidine rerum in solitudinibus vite protestatus est hec: sumebat enim experientiam fidei & animositatis eorum qui habito in mandatis extreme vitam ducere paupertatis non effugiunt que iubetur: decebat enim eos quoddam commercium facere: & recipientes salubres virtutes recompensare obedientia mandatorum: & cu; milites eos ficeret regni dei accingit eos ad pugnā in hostes: monēs colere paupertatem. nullus enim militas deo implicat se vite secularis negotijs. **A M B.** Qualis ergo esse debet q̄ euangelizat regnum dei: preceptis euangelicis designatur: hoc est vt subsidiū secularis amminicula non requirat: fideiq; totus inherens putet quo minus ista regrat: magis posse suppetet. **T H E O P H I.** Sic enim ipsos médicos misit q̄ neq; panes ipsos portare vult: nec aliquid aliō quibus indigent muli. **A V G V.** de con. euā. **V**el dominus hec possidere discipulos ac ferre noluit: non q̄ necessaria non sint sustentationi huius vite: sed quia sic eos mittet

bat vt eis hec deberi monstraret ab illis quibus euangelium credentibus annunciantur: vi sic securi non possiderent: neq; portarent huic vite necessaria: nec magna: nec minima. Ideo posuit h̄m marcum nec virgam: ostendens a fidibus suis omnia deberi ministris suis nulla superflua requirebantur. **H**anc autem potestatem virge nomine significauit: cu; diceret: **N**ec quid tollerent in via nisi virgā tñ. **A M B R O.** **P**ossunt etiam qui volunt h̄ ad eum deducere tractatum: vt spiritalem tantummodo locus iste firmare videatur affectū: qui velut indumentum quoddā videatur corporis eruisse: non solum potestate rejecta contemptisq; diuitijs: sed etiam carnis ipius dilectionis abdicatis. **T H E O.** **Q**uidam enī apostolos non portare peram neq; baculum: aut duas tunicas sic intelligunt: q̄ non thesaurizent. hoc enim pera innuit congregans multa. neq; sint iracundi & tribulati spiritus quod significat baculū: neq; sint ficti & dupliciti corde quod significat tunica duplex. **C I R Y L.** **S**ed diceret aliquis unde eis necessaria erunt? **E**t ideo subdit: **E**t in quancundam intra ibi ma. & inde ne exie. q. d. sufficiat vobis discipulorum fructus qui recipientes a vobis spiritualia vos procurabunt. Jussit autem eos in una domo manere: vt nec hospitē grauerit eum scilicet dimittendo: nec ipsi glosatris & levitatis suspicionem incurant. **A M B R O.** Alienum namq; a predicatione regni celestis asserit curritare per domos: & inviolabilis hospitiū iura mutare. **S**ed vi hospitiū gratia deferenda censeatur: ita etiam si non recipientur excutiendum puluerem egredendumq; de civitate mandatur cu; sequit: **E**t quicunq; non rece. vos ere. de cini. illa: etiam puluerem pedum ve. exca. in testi. super illos. **B E D A.** **P**uluis excutitur de pedibus apostolorum in testimonium laboris sui q; ingressi sunt in civitatem & predicatione apostolica ad illos usq; peruenierit. siue excutitur puluis cum nihil ab eis accipiunt: nec ad vicum quidem necessarium qui euangeliū speraverunt. **C H R Y.** Nam improbabile valde est contemnentes sermonem & patrem familias se famulis benignos ostendere: vel benedictiones eorum erigere. **A M B R O.** **V**el mediocris & boni remuneratio docetur hospitiū: vt non solum pacem tribuamus bo-

spiritibus: verum etiam si qua eos terrene ob-  
umbrant delicta leuitatis: receptis apostolice  
predicationis vestigijs auferant. **BEDA.**  
Qui vero perfida negligentia vel etiam stu-  
dio verbum dei contemnunt: horum vitanda  
communio est: excutiendus puluis pedu*s* ne-  
gestis inanibus pulueri comparandis men-  
nis caste vestigium polluatur. **E V S E.** **L**u*s*  
autem precinxisset dominus discipulos suos  
tandis milites dei divinis virtutibus et sapien-  
tie monitis: mittens eos iudeis ut doctores:  
et medicos ipsi sibi hoc precepedebant. vnde se-  
quitur: Egressi autem circu*m*. per cast. euan. et  
cur. vbi*s* Quasi doctores quidem euangeli-  
zantes: sed quasi medici prestantes remedia  
et verba miraculis comprobantes.

**C** Feria. vi. **L**uce. v. cap.

**H**actum est in una dieru*m*:  
et iesus sedebat docens.  
Et erant pharisei seden-  
tes et legis doctores q*uod* ve-  
nerat ex omni castello ga-  
lilee et iudee et hierusalem: et virtus do-  
mini erat ad sanandum eos. Et ecce vi-  
ri portantes in lecto hominem qui erat  
paralyticus. Et querebant eu*s* inferre  
et ponere ante eum. Et non inuenien-  
tes qua parte illu*s* inferrent per turba.  
ascenderunt supra tectu*s*: et per tegulas  
sum miserant cum in lecto in medium  
ante iesum. Quorum fidem ut vidit di-  
xit: Homo remittuntur tibi peccata  
tu*s*. Et ceperunt cogitare scribe et pha-  
risei dicentes. Quis est hic qui loquitur  
blasphemias? Quis potest dimittere  
peccata: nisi solus deus? Ut cognovit  
autem iesus cogitationes eorum: respou-  
des dicit ad illos: Quid cogitatis ma-  
la in cordibus vestris? Quid est facili-  
us dicere: dimittuntur tibi peccata: an  
dicere surge et ambula? Ut autem scia-  
tis quia filius hominis habet potestate

in terra dimittendi peccata: ait paraly-  
tico: Ibi dico surge tolle lectum tuu*m*:  
et vade in domum tuam. Et confessum  
surgens coram illis tulit lectum in quo  
iaciebat: et abiit in domum suam magni-  
ficans deum. Et stupor apprehendit  
omnes et magnificabant deum. Et re-  
plete sunt timore dicentes: q*uod* vidimus  
mirabilia hodie.

**CHRY.** Scribe et pharisei q*uod* facti fuerat  
prodigiorum Christi visores: audiebat ipsum quoque do-  
centem: vni dicit: factum est in una die: et iesus se-  
de. do. et erat phari*s*. sedē. et legis doc. qui ve-  
ne. ex oī castel. gali. et i*m*. et hierusalem: et vir-  
dī erat ad sanā. eos. Non quasi mutuo acci-  
peret protertem alterius: sed quasi deus et domins propria operabat virtute. fuit autē hoies sepe do-  
no*s* spiritualium digni: sed plerūque deficiunt ea rō-  
ne quā nouit dono*s* largitor: quod in Christo nō ac-  
cidit: affluerebat. n. in praestadiis remedijs virtu*m*  
divina. Quia vero necessarium erat: ubi tanta  
scribax*s* et phariseorum turba cōuenerat: aliquid  
fieri ex his que virtutis attestarentur ipsius co-  
ram eis qui eum paruipendebant factum est  
quoddam miraculum in paralytico. in quo quod  
descisse videbatur medicinalis ars: portaba-  
tur a proximis ad supernum et celestem medi-  
cum. vnde sequitur: Et ecce viri por. in lec.  
homi. qui erat paralyticus et querebant eum i-  
fer. et po. ante eu*s*. **CHRY.** Mirandi ve-  
ro sunt qui paralyticum adducerunt: quali-  
ter cum nequissent intrare per ostium: nouu*s*  
aliquid et alienum attentauerunt. vnde sequi-  
tur: Et non inue. qua parte cu*m* infer. prætetur.  
ascen. supra tec. detegentes autem tectum de-  
ponunt grabatum et ponunt in medio paraly-  
ticum. vnde sequitur: Et per tegu. submisi.  
illum cum lec. in me ante ie sum. Dicet aliq*s*  
demissum fuisse locum a quo per tegulas de-  
posuerunt paralytici lectum. **BEDA.** Ho-  
minē autē domins a paralyysi curatur promo peccato-  
ru*m* vicula dissoluit ut ostenderet cu*m* ob nexus cul-  
paz artuum dissolutio*m* dānari: nec nisi his re-  
laratis membra posse recuperatio*m* sanari. vni se-  
quitur. Quoru*m* fidē ut vi. dicit: Homo: remit-  
ti. pec. tua. **AM.** Magnū domins qui aliquo-  
merito ignoscit alijs: et dum alios probat:  
alijs relaxat errata. Cur apostote homo collega

no valeat: cum apud deum seru<sup>9</sup> et iteruenie-  
di meritum et ius habeat impetrandi: si graui-  
um peccatum diffidit veniam: adhibe precatio-  
res: adhibe ecclesiastis que pro te precet: cuius co-  
tēplatiē qd tibi dñs negare posset: ignoscat.  
**CHR Y.** Occurrebat autem et in hoc ipsius  
patientis fides: non enim sustinuisse se ifcri-  
us submitti: nisi credidisset. **AVGV.** De  
con. euan. Qd autē dicit: Moymo: dimittunt  
tibi peccata: ad hoc ifsinuandum valet: quia hoī  
dimittebant peccata: qui hoc ipso qd hoī erai nō  
posset dicere: Nō peccauit simul etiā ut ille qd  
hoī dimittebat intelligeret de<sup>9</sup>. **CHR Y.**  
Nos aut si corporaliter patimur: satagim<sup>9</sup> no-  
cium abiecere. cum vero male sit aie et diffe-  
rimus: atqz ideo nec a corporis nocuiss cura-  
mur. Abscidamus igitur fontē malorum: et ces-  
tabunt egreditinum flurus. **AMT** autē mul-  
titudinis suam intentionem aperire pharisei  
nō audebant: sed solum in cordibus suis me-  
ditabantur. vnde sequit<sup>9</sup>. Et cepe. cogitare scri-  
tpha. dicentes: Quis est hic qui lo. blasphemias:  
**CIR YL.** In quo mortis precipitat-  
sniā. Erat enim mandatum in lege. qd qui  
cunqz blasphemaret in deum: morte puniret.  
**AMB.** Iaqz ab ipsis ex operibus suis dei  
filius accipit testimonium: nam et validius ē  
ad fidem quod confitentur inuiti: et pernicio-  
sius ad culpam quod negat: qui suis assertio-  
nib<sup>9</sup> reliquuntur. vñ sequitur. Quis pot pecca-  
ta dimittere nisi solus deus? **Magna** in fide-  
plebis amentia: vt cum confessa fuerit solius  
dei esse donare peccata: non credat deo pecca-  
ta donanti. **BEDA.** Verum enim dicunt:  
quia nemo peccata dimittere nisi de<sup>9</sup> potest:  
qui per eos quoqz dimittit quib<sup>9</sup> dimittēdi tri-  
buit p̄tātē. Et ideo christus vere deus esse p̄-  
batur: quia dimittere peccata quasi deus pot.  
**AMB.** Dominus autem saluos volens fa-  
cere peccatores ex occultorum cognitione deum  
se esse demonstrat. vnde sequitur. Ut autem  
cognovit deus cogita. eorum respondens di-  
ad illos. Quid cogi. in cor. vestris. **CI.** q.  
d. o pharisei quia dicitis: Quis potest pecca-  
ta dimittere nisi solus deus? Respondeo vo-  
bis: Quis pot secreta cordis scrutari nisi so-  
lus deus qui per prophetas dicit: Ego dñs  
scrutans corda et probans renes. **CI.** Si  
ergo increduli estis erga primum. s. remissio  
nem peccati ecce aliud adjicio dum intima ve-

stra patet facio. quin etiam aliud dum paraly-  
tici corpus consolido. vnde subdit. Quid est  
facilius dicere dimittit. si. pcc. an dicere sur. et  
am. **Paulam** quidem est quia consolidare cor-  
pus facilis est: qzto namqz nobilior est ani-  
ma corpore: tanto est excellentior absolutio cri-  
minum. verum quia illud non creditus: eo qd  
lateat adjiciam quod minus est: apertius ta-  
men quatenus quod est magis occultū p̄ hoc  
monstret. Et quidem cum allocutus ē infir-  
mantez: nō dixit dimitto tibi peccata: propriā  
exprimēs potestatem: sed Remittuntur tibi  
peccata. Logentibus autem illis evidenter  
propriam declarat potestatem dicens. Ut au-  
tem scia. quia si. ho. pot. habet in ter. dimitt.  
pec. **THEO.** Vnde qd in terra dimittit pec-  
cata. dum. n. sumus in terra: peccata nostra  
delere possum<sup>9</sup>. postqz vero a terra tollimus:  
non valebūmus conficeri: claudit. n. iannus.  
**CI.** Demonstrat autem peccatorū veniam p̄  
corporis sanationē. vnde sequitur: Ut para-  
lyticus tū. dī. sur. Ipsam vero corporis sanatio-  
nē demonstrat p̄ lecti portationē. vt sic nō re-  
putetur fantasia quod factum est: vnde seq<sup>9</sup>.  
**Tol.** graba. tuū. et va. i do. tu. q. d. Ego vole-  
bam p̄ tuā passionē curare illos qui sani vi-  
dentur infirmantur autem in anima. sed quia  
nolūt vade tuā correctur<sup>9</sup> familiā. **AMB.**  
Nec mora vlla sanitatis interuenit: vnu di-  
ctorum remediorumqz momentum ē. vñ seq-  
tur: Et cōfe. sur. corā illis tulit lec. i q̄ iace. et  
abiit i do. suā magni. deū. **CI.** Quo scō pa-  
tuuit qd fili<sup>9</sup> hoīs pot i terra relaxare pctā qd p̄  
se et p̄ nobis direrat: ipē nāqz vt de<sup>9</sup> scūs hoī  
tāqz dñs legis pctā dimittit. Sortiti sumus etiā  
nos ab eo tā mirabilē grām. Dicū ē. n. di-  
scipulis. Quoz remisritis pctā: remittit eis  
Quo āt nō magis ipē pctā dimittit: qd ceteris  
ptātē faciēdi h̄ tradidit. **CHR Y.** Reges  
āt terreni et p̄ncipes homicidas absoluētes a  
pena p̄fici liberāt. a criminib<sup>9</sup> expiare āt nō pos-  
sunt. **AM.** Spectat āt surgētē icreduli mirā-  
tur abeuntē. vnde sequitur: Et stupor ap-  
prehendit om. et magnific. deuz. **CHR Y.**  
**Paulatim** serpentū iudei magnificantes de-  
um non tamen putant eum deum esse: ob-  
stabat enim eis caro: nec tamen erat modicuz  
estimare eum pricipuum esse mortalium: et a  
deo processisse. **AMBRO.** Diuini au-  
tē operis miracula malunt timere qz credere;

videtur sequitur: Et reple sunt et. dicentes: quod vidimus mirabili hodie. Si autem credidissent: non timuerint: utique sed dilexissent. perfecta enim dilectio foras timores excludit. Non occiso saepe huius paralytici nec angusta medicina est: quam orasse premittit: non propter suum fragium: sed propter exemplum. AVG. de questi. cuan. De paralytico. n. potest intel ligi animam dissolutam membris: hoc est operari rationibus christum querere. i. voluntate verbi dei. Impediri autem a turbis. s. cogitatum: nisi tecta. i. operta scripturarum aperiat: et per hoc ad noticiam christi perueniat hoc est ad eius humilitatem fidei pietate descendat. BEDA. Et bene dominus iesu tegulis contexta describitur: quod sub contemptibili litteratum velamine spiritalis gratie virtus innuitur. AMBRO. Unusquisque autem eger petendo peccatores salutis debet adhibere per quos nostre vite compago resoluta actuusque nostrorum clauda vestigia verbi celestis re medio reformatur. Sunt igitur aliqui mortales mentis qui animum hominis quis erit: roris corporis debilitate torpem ad superiora erigant: quorum rursus adminiculis et attollere: et humiliare se facilis ante iesum locutor: dominico videri dignus aspectu humilitatem. n. respicit dominus. AVG. de questi. cuan. Hi ergo a quibus deponitur: bonos doctores ecclesie possunt significare: quod autem cum lecto deponitur: significat ab homine in ista carne adhuc constituto christum debere cognosci. AMBRO. Dominus autem plenarius spem resurrectionis ostendens peccata donat animorum debilitatem carnis excludit: hoc est enim totum hominem esse curatum. Quanvis igitur magnum sit hominibus peccata dimittere: tamen multo diuinius est resurrectionem donare corporibus: quoniam quidem deus resurrectio est. lectus autem qui tolli inbetur: nihil est alind quod corpus humanum. AVG. de questi. cuan. Ut non iam in carnalibus gaudijs tantum in lecto requiescat insomnis ait: sed magis ipsa ptimeat affectiones carnales. et tcedat ad domum suam. i. regem secreto ru cordis sui. AM. Vel domum repetere suam est ad padisum redire. ea. n. est via domum que boles prima suscepit: non iur amissa: sed fraude. idcirco ergo restituitur quoniam venerat quod nervus fraudis aboleret iusque reformaret.

## C Gabbato Luce.ijij.cap.



Urgens iesus de synagoga introiit in domum simonis. Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus. et rogaerunt illum pro ea. Et stans super illas imperauit febri et dimisit illam et continuo surgens ministrabat illis.

AM. Postquam lucas vix a spiritu neglige liberatus ait premissit: substitutus semine sanitatem. Virunus. n. servum dominum curaturus aduenerat: et prior sanari debuit quod prior creatus est. vnde dicitur: Surgens de synagoga introiit in domum simonis. CHR Y. Adanebat. n. apud discipulos honorans ipsos: et ob hoc aiosiores reddens. CIR YL. Aspiciebat autem quoniam manet penes virum inopem christus: qui sponte voluntate paupertatem pro nobis passus est ut discamus cum pauperibus conuersari: nec spernere depresso et pauperes. Sequitur: Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus et rogaerunt illum pro ea.

HIE. super Mat. Modo saluator rogatus: modo vitro curat egrotos ostendens se contra peccatores quoque passiones et precibus semper annuerit fidelium: et ea que ipsi minime in se intelligunt vel intelligenda dare: vel non intellecta dimittere finit illud. Delicta quis intelligit. ab occultis meis munda me domine.

CHR Y. Quod autem mattheus hic reticuit non differt. illud. n. est breuitatis hoc autem ex parte interpretationis. Sequitur: Et stans super illam: iperavit febri et dimisit illam. BASI. In quo lucas figuravit simonem tandem dicto preceptio ait sensibili facto sic dicens febri iperavit et quod febris non omisit iperantis operationem vnde sequitur. Et continuo surgens ministrabat illis.

CHR Y. Qd. n. morbus curabilis erat: per modum medendi potestate suam declarauit: faciens quod minime ars medicine faceret potuisset. Post febris enim sedationem multo tempore patientes egent: ut pristine restituantur sanitati: tunc autem simul oia facta sunt. AM. Si quoniam altiora filio ista appendamus: ai debemus intelligere et corporis sanitatem: ut prius aius

qui serpentis laborabat infidijs absolutus fit. Deniq; nō prius eua esurij q; serpens ea versutia tentauit: t idco aduersus ipsum auctorem peccati prius debuit medicina salutis operari. Et orassis etiā i typo mulieris illius varijs cruminis febribus caro nostra langue sciebat: nec minorē febreē amoris esse dixerim q; calorū. **BEDA.** Si enim virum a demonio liberatum moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus: consequenter femina febribus tentata sed ad imperium domini curata: carnem ostendit a concupiscentie sue feruore per continentie precepta frenatam. **CIRYL.** Et nos ergo suscipiamus iesum. cum enim vistauerit nos. t portamus eum in mente t corde: tunc enorūm volupsum estum extinguet: t incolumes faciet ut ministrem⁹ ei hoc est ei beneplacita peragamus.

**C**um autem sol occidisset omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens curabat eos. Exiebant autem demonia a multis clamantia t dicentia quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: q; sciebant ipsum esse christum.

**THEO.** Considerandum est turbe desiderium: nam cum sol occidisset: adducunt ad eum infirmos: non a tempore impediti. unde dicitur. Cum autem sol occi. omnes qui habebat infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum. **ORIGE.** Ideo quidem circa solis occasum. i.e. elapsa die illos educebat: quia verecundabantur vel timebant phariseos: vel quia de die intenti erant circa alia: vel quia putabant nō licere sanare in sabbato: ipse autem sanabat eos unde sequitur: At ille singulis manus imponens curabat omnes.

**CIRYL.** Quanvis autem ut deus potuisse omnes verbo pellere morbos: tamen tāgit eos: ostendens propriam carnem efficacē ad prestanda remedia: nam caro dei erat. Si cut enim ignis appositus vasi enco imprimit ei proprie caliditatis effectus: sic omnipotens dei verbum cum vniuit sibi veraciter assumptum templum ex virginē animatum t intellectum particeps sue potestatis eius effectum

inseruit. Tangit t nos: immo potius nos illam tangamus: quatenus t nos ab animarū infirmitatib; liberet: necnon a demoniū i pugnatiōe t superbia. Sequitur enim: Erabant autem demonia a multis clamantia t dicentia quia tu es filius dei. **BEDA.** Demonia filium dei confitentur. t sicut postea dicitur: Sciebant ipsum esse christum quia cuj; ie iunio fatigatum cum diabolus videtur: venū hominem intellercit: sed quia tentando nō proualuit: utrum filius dei esset dubitabat. nunc autem per signorum potentiam vel intelleric vel potius suspicatus est esse filium dei. Nō igitur ideo iudeis cum crucifigere persuasit: quia christum siue dei filiū non esse putavit: sed quia se morte illius non vidit esse damnatum. De hoc enim mysterio a seculis abscondito dicit apostolus: q; nemo principum hui⁹ seculi cognouit. Si enim cognouissent: nunq; dominū glorie crucifixissent. **CHRY.** In hoc autem q; sequitur: Et increpans non sinebat ea loqui. percipe christi humilitatem. Non sinebat ut demones immundi eum manifestarent. non enim oportebat eos subripe re officij apostolici gloriam: nec decebat christi mysteriū ligua feda publicari. **THEO.** Quia non est speciosa laus in ore peccatoris vel quis nolebat inuidiam accendere iudeorum: ex hoc q; ab omnibus laudaretur. **BEDA.** Ipsi autem apostoli precipiuntur recurrere de illo: ne diuina maiestate predicata: passionis dispensatio differretur.

**C**Facta autem die egressus ibat in desertum locum t turbe requirebant eū t venerunt usq; ad ipsum t detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia t alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei: quia ideo missus sum. Et terat predicans in synagogis galilee.

**CHRY.** Postq; satis utilitatis populis per miracula est colatum oportebat eum absese: maiora namq; putantur miracula post absentiam operantis: duz ipsa magis exclamat t vice vocis fruunt. unde dicitur: Facta aut die egressus ibat in desertus locum. **GRECVS.** Abiit enam in desertum viā marcus dicit t orabat: non q; ipse oratione indigeret:

sed ut nobis bone operationis fieret forma.  
**CHRY.** Iudicantibus quidem ipsis prodigiis  
 et predicationibus potentiam Christi scandalizabantur Iudei vero eloquia audientes accepserant et sequerentur. unde sequitur: Et turbes requirebant eum et venerunt usque ad ipsum et detinebant illum ne discederet ab eis. non quidem aliqui primum aut scribarum sed quoscunq; malicie fucus non denigraverat et illas habebant conscientiam. **GRECVS.** Quod autem marcus dicit apostolos peruenisse: nisi ad eum dicentes: quod omnes querunt te: Lucas vero dicat populos peruenisse: non discrepant ab inuicem. Applicuerant enim ad ipsum populi apostolorum. in sequentes vestigia. Dominus autem gaudebat docentibus sed mandabat ut cum dimitterent: ut etiam alii participes forent eius doctrina: quasi tempore sue presentie non multum duraturo. unde sequitur: Quib; au: Quia et alijs cimitatib; oportet me euangelizare regnum dei: quod ideo missus sum. Marcus dicit: Ad hoc veni ostendens diuinitatis eius celitudinem et voluntiam eternitatem. Lucas vero dicit Ad hunc missus sum. id. incarnationem ostendens: nec non beneplacitum patris missionem appellans. et ille quidez simpliciter dicit: Ut predicem. iste vero regnum dei adiungit quod est ipse Christus. **CHRY.** Simul etiam considera quod poterat in eodem loco manendo omnes attrahere ad se non tamen hoc fecit: prebens nobis exemplum ut perambulemus et requiramus percurrentes: sicut pastor ouem perditam: et medicus accedit ad infirmorum una enim anima recuperata: poterit alijs mille delicta absolvere. unde et hic sequitur: Et erat predicans in synagogis galilee frequentabat quidem synagogas: docens illos quod non esset seductor: nam si iugiter inhabitata coleret: diffamareret eum velut lantantem. **BEDA.** Si autem occasio loris mystice mors domini reprimit: die redemptae resurrectio illius indicatur cuius manifesta luce a credentium turbis requiritur et in zenithum deserto inuentus: ne abeat detinetur: maxime cum hoc contigerit prima sabbati quo resurrexio celebrata est.

**T**In festo sancte Trinitatis Ioannia. iii. cap.

**R**at homo ex phariseis nicodeinus nomine princeps iudeorum. Hic venit ad Iesum nocte et dicit ei: Rabbi scimus quia a deo veniisti magister. Nemo enim potest haec signa facere que tu facis: nisi fuerit deus cum eo. Respondit Jesus et dicit ei: Amen amem dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo non potest vide reregnum dei.

**AVG.** Supius dicerat quod cum esset hierosolymus multi crediderunt in nocte ei videntes signa et prodigia quod faciebat. Ex his autem erat nicodeinus: de quo dicitur: Erat homo ex phariseis nicodeinus nomine. **BE.** Quins et dignitatis officium ostendit: cu subdit: Princeps iudeorum. Deinde quod egerit cu subiecit: Hic venit ad Iesum nocte cupiens. sc. secreta eius allocutio ne plenius discere mysteria fidei: cuius aperita ostensione signorum iam rudimenta preoperat.

**CHRY.** Adhuc tamen a iudaica detinebatur infirmitate: propterea et nocte venit: trepidans in die hoc facere. unde et euangelista alibi dicit: Quoniam ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter iudeos non confitebantur: ut non extra synagogam fierent expulsi. **AVGV.** Nicodeinus et ex illo numero erat qui crediderunt: sed nondum renati sunt. unde hoc ad rem pertinet quod in nocte venit: Renati autem et aqua et spiritus sancto audiunt ab apostolo: Si uisisti aliquando tenebre: nunc autem lux in domino. **AIMO.** Videl pulchritudo in nocte venisse dominum: quod tenebris ignorantie obnubilatus ad tantam lucem nondum percuerat: ut profecte deum verum crederet. Morum enim in sacro eloquio propter ignorantia ponitur. Unde subdiuitur: Et dicit ei: Rabbi scimus quia a deo veniisti magister. Quod autem hebraice rabbi: latie dicitur magister. Magistrus ergo appellat et deum tacet: quod credebat eum a deo missum sed tamen ut deum est deum non agnoscebat. **AV.** Unde autem iste crediderat: propter id quod subdit: Neque non potest haec signa facere quod tu facis nisi fuerat deus cum eo. Sic ergo nicodeinus de illius misericordia erat: quod crediderat in nomine eius. Videntes signa quod faciebat.

**CHRY.** Sed tamen neque a signis aliqd magnu[m] existiabat de eo: sed adhuc humanam habens de eo mem-

**I**tem ut de propheta loquitur ad operationes eius  
huius dicens. Et alieno aurilio indigentes  
hec agere que agebat. cum tamen pater perfectum  
eum genuerit: et sufficiet sibi ipsi: et nihil haben-  
tem imperfecum. quia vero Christi studi-  
um erat interum non ita dignitatem suam reue-  
lare: sicut persuadere quod nihil ex aduerso age-  
bat patri: propterea in verbis multoties humili-  
ter loquens videtur: in rebus autem cum probitate ope-  
ratur. Ideoque et Nicodemus nunc manifeste  
quidem nihil excelsum loquitur de ipso occul-  
to aut ab humili eum opinione reducit: docens  
quod sufficiens sibi ipse est in miraculorum ope-  
ratione. unde subditur: Respondit Jesus et di-  
xit ei: Amen amen dico tibi: nisi quis renatus  
fuerit denuo: non potest videre regnum dei.  
**A**VGV. Iste sunt ergo quibus se credit Ies-  
sus: qui nati fuerint denuo qui non in nocte ve-  
niunt ad Iesum sicut Nicodemus. tales enim  
iam etiam profitentur. Dicit ergo: Nisi quis  
renatus fuerit tecum. q.d. Quia nō natus es na-  
tus denuo. i.e. ex deo. Spirituali generatione  
noticia quam habes de me spiritualis non est: sed  
animalis et humana. Ego autem dico tibi quod  
sine te siue alius quicunqz: nisi ex deo denuo  
natus fuerit: non poterit apprehendere gloriam  
que circa me est: sed extra regnum erit. nam ge-  
neratio que per baptismum fit: illuminationem  
anime tribuit. **C**HR.Y. Vel littera talis est:  
Amen amen dico tibi: nisi quis renatus. hoc est:  
si tu non natus fueris de super: et dogmatum su-  
scepseris certitudinem alicubi: extra ceras et lo-  
ge es a regno celorum ipsum hic ostendens  
et indicans: quoniam non est hoc tuum quod videtur:  
sed alius oculis opus est ad videndum cum.  
Hoc autem quod dicit: De super. hi quidem  
id est de celo exponunt: alij vero a principio.  
Igitur inde quidem si hoc audissent: deride-  
tes vniqz discessissent: hic vero et in hoc amo-  
re discipuli ostendit quod a Christo vltius interrogat.  
**C**Dicit ad eum Nicodemus: Quo-  
modo potest homo nasci cujus sit senex?  
Numquid potest in ventrem matris  
sue iterate introire et renasci. Respon-  
dit Iesus: Amen amen dico tibi: nisi quis  
renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto: non  
potest introire in regnum dei. Quod na-

tum est ex spiritu: spiritus est. Non mi-  
reris quia dixi tibi: oportet vos nasci  
denuo. Spiritus ubi vult spirat: et voca-  
ce eius audis: sed non sis unde venias;  
aut quo vadat. Sic est omnis qui natu-  
rit ex spiritu.  
**C**HR.Y. Veniens Nicodemus ad Iesum  
ut ad hoic audiens maiora quod ab hominibus eri-  
gitur ad altitudinem eorum que dicuntur: non qui-  
dem excidens a fide: sed interfert hanc impossibilitatem  
ut in apertiores provocet doctrinam. Duo  
autem erant que admirabatur. scilicet nativitas ta-  
lis: et regnum: neque enim audita erat apud homi-  
nos. Sed interim circa prius instat: et quod  
maxime eius mentem concutiebat. Unde di-  
citur. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo  
potest homo nasci cum sit senex? Nunquam potest  
in ventrem matris sue iterato introire et rena-  
sci. **B**EDA. Sic verba ista sonare videtur  
quasi puer queat iterato in ventrem matris i-  
troire et renasci. Sed sciendum quod ipse senex  
erat: ideoque de se protulit exemplum ac si di-  
ceret: Ego sum senex et meam quero salutem;  
quoniam possum in ventrem matris introi-  
re et renasci. **C**HR.Y. Rabbi cum vocas  
et a deo venisse dicas: et non suscipias que dicuntur  
sed loqueris ad magistrum dictioem que mul-  
tam perturbationem inducit hoc enim. scilicet quoniam  
medo querere eorum est qui non valide cre-  
dunt: et multi sic querentes a fide deciderunt:  
hi quidem dicentes: Quomodo deus est ictus  
natus? alij quoniam mā sit impassibilis? pro-  
pterque et hic propter anxietatem modum exquiri-  
rit. sed cum aliquis cogitationibus propriis  
spiritualia evenerit: de rūsibilia loquitur. **A**V-  
**G**V. Spiritus enim loquitur: et ille carnem  
sapit. non nouerat iste nisi unam nativitatem  
scilicet ex adam et eua: et ex deo et ecclesia non  
duim nouerat: sic tamen tu intellige nativita-  
tem spiritus quoniam intellexit Nicodemus  
nativitatem carnis. quoniam enim uter non  
potest repeti: sic nec baptizamus. **C**HR.Y.  
Nicodemo autem decidenti ad eam que hic est  
nativitatem: Christus manifestius reuelat spi-  
ritualis nativitatis modum. unde sequitur:  
Respondit Jesus: Amen amen dico tibi. ni-  
si quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto:  
non potest introire in regnum dei. **A**VGV. Ac si

dicat: Tu carnalem generationem intelligis: sed ex aqua et spiritu oportet quod nascatur homo propter regnum dei. Si propter hereditatem patris hominis temporalis nascitur aliquis ex visceribus matris carnalis: et propter hereditatem patris dei sempiternam: nascatur ex visceribus ecclesie. Cum autem ex duobus homo consistat: ex corpore videlicet et anima: duplum habet et huiusmodi modum generationis. Aqua enim que visibilis est: ad emundationem corporis intelligitur. Spiritus vero invisibiliter concurrens: ad emundationem invisibilis anime innuit. **CHRY.** Si vero quis interrogat qualiter ab aqua homo nascitur: interrogo et ego qualiter natus est adam a terra? Sicut enim in principio subiiciebat elementum terra: totum vero opus plasmanis erat: ita et nunc subiicitur elementum aqua: totum vero est spiritus gratia. Tunc paradisum dedit in conuersationem: nunc autem celum nobis aperuit. Sed que est necessitas aquae qui spiritum sanctum suscipiunt. diuina enim in ea perficiuntur simbola: sepultura et mortificatio: resurrectio et vita. Sicut enim in quodam sepulchro in aqua nobis submergebibus capita: vetus homo sepelitur: et submersus deorsum occulta: deinde nouus rursus ascendit: hoc etiam fit ut discas quoniam viri patris et filij et spiritus sancti omnia completi: et quod christus tres dies ad resurgentem expectauit. Quod igitur est matrix fetui: hoc est fideli aqua. in aqua enim plasmatur et figuratur: sed quod in matrice plasmatur tempore indiget: quod vero in aqua non ita: sed in uno momento omnia fiunt. Talis enim est natura corporum ut tempore assumant perfectio nem. in spiritualibus vero non est ita: quoniam perfecta a principio constituantur que sunt. ex quo igitur ascendit a iordanie dominus non adhuc reptilia animalium viventium: sed alias spumales et ronabiles aq; reddit. **AVGV.** de baptis. parvulorum. Sed quia non ait: nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu non habebit salutem vel vitam eternam: sed Mo in trabit in regnum dei. Ad hoc inquiunt qdaz: Parvuli baptizandi sunt ut sint cu[m] christo in regno dei: ubi non erunt si baptizati non fuerint: qdaz et sine baptismo si parvuli moriantur salutem vitaeq; eternam habituri sunt: quoniam nullo peccati vinculo astricti sunt. **S3**

cur nascatur denuo nisi renouandus a vetustate: aut unde imago dei non intrat in regnum dei nisi impedimento prohibete peccati. **AIMO.** Talia autem ac tanta secreta mysteria nescire capere non valenti: dominus ex carnali nativitate similitudinem dedit dicentes. Quod natum est ex carne caro est: et quod natum est ex spiritu spiritus est. Sicut n. caro carnem procreat: ita quoque spiritus spiritum parit. **CHRY.** Nihil igit sensibilium inquiras neque estimes quod carnem generet spiritus: domini enim caro genita est: non quidem a spiritu solu: sed etiam a carne. quod autem natum est ex spiritu: spirituale est. Nativitate enim hic non est que secundum substantiam dicitur sed eam que secundum honorem et gratiam. Si igitur et filius dei ita natus est: quid plus habebit cibis qui ita nati sunt? Inuenies autem et spiritu minor: cum eius nativitas gratia spiritus sit. et quid hec a iudicis distant dogmatibus: Vide autem et spiritu ritualliti dignitatem. dei enim opus videatur facere. Supra enim dixit: Quoniam ex deo nati sunt. hic autem quoniam spiritus eis generat. Dicens autem Christus: quoniam qui natus est ex spiritu spiritus est: quia turbatum rursus videtur: ad sensibile exerit plumbum ducit sermonem dicens. Non mire. quod dicitur tibi: oportet vos nasci denuo. Dicendo. non me miraris: ostendit animi eius turbationes. Non autem exemplum quod neque ratione aliquam ad corporum grossitudinem habet: neque ad incorporeorum perueniens naturam quod est venti delatio dicitur. Spiritus ubi vult spirat: et vocem eius audis: sed nescis unde veniat aut quod vadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Quod dicitur tale est. Si ventum nullus detinet: sed quo vult fertur: multo magis spiritus actionem nature leges detinere non poterunt: non terminum corporalis nativitatis: neque aliud quod taliu[m]. Quid autem de vento hic dictu[m] est: manifestat illud quod dicit: Vocem eius audis id est sonum percussioneis. non enim loquens infidelis et nescientis spiritus actiones hoc diceret. Dicit autem: Vbi vult spirat: non quasi electionem quandam venti habente: sed iam que a natura est mutationem que non prohibetur: et cum potestate sit. Et nescis unde veniat aut quo vadat. i.e. si huius spiritus cuius sensum suscipit auditu et tactu interpretari nescis viam: qualiter divini spiritus operationes scrutaris: unde subdit: Sic est omnis qui natus est ex spiritu. **AVGV.** Sed quis nostrum non videat verbi **D**



gratia australi eunt a meridie ad aquilonem: aut altum ventum venientem ab oriente et occidente: quomodo ergo nescimus unde veniatis: aut quo est. **BEDA.** Spiritus igitur sanctus est qui ubi vult spirat: quia ipse in potestate habet cuius cor gratia sue visitationis illuminet et vocem eius audis: cum te presente loquitur is qui spiritus sancto repletus est. **AVGV.** Sonat psalmus: sonat euangelium: sonat sermo dominus: vox spiritus est. hoc igitur dicit: quia verbo et sacramento inuisibiliter adest spiritus sanctus ut nascamur. **ALCVI.** Ergo nescis unde vici aut quo vadat: quia nisi te presentis spiritus ad horam quempiam repleuerit: non potest videri quomodo in eum intrauerit: vel quomodo redierit: quia natura est inuisibilis. **AIMO.** Sime nescis unde veniat: quia non credentes ad fidem introducat ignoras: vel quo vadat: quia quomodo fideles ad speciem perducant nescias: et sic est omnis qui natus est ex spiritu: ac si dicat. **Spiritus sanctus** spiritus inuisibilis est: ita et quisquis ex spiritu nascitur inuisibiliter nascitur. **AVGV.** Vel aliter: Et si tu nascaris de spiritu: hoc eris: ut ille qui non est natus adhuc de spiritu: nesciat unde venias aut quo eas. **Hoc enim secutus** ait: Sic est omnis qui natus est ex spiritu. **THEO.** Evidetur ergo madonius impugnator spiritus: qui seruum spiritum sanctum asseruit. **Spiritus enim sanctus** propria potestate et ubi vult: et qualiter vult operatur.

**C** Respondit nicodemus et dixit ei: Quomodo possunt hec fieri? **Respo dit Jesus** et dixit ei: Tu es magister in israel et hec ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod scimus loquimur: et quod vidimus testamur: et testimonium nostrum non accipitis. Apud nos visus alijs sensibus certior est: et si volumus aliquem facere credere ita dicimus: quoniaque oculis nostris vidimus. Propterea christus humano loquens ad eum sermonem: non visum sensibilem inducit. sed manifestum est quod de certissima cognitione et non aliter se habente loquitur: igitur hoc quidem. i. quod scimus ait de scipso sole. **ALMO.** Queritur autem quare pluraliter dicit: Quod scimus loquimur. Ad quod dicendum quod unigenitus dei filius erat qui hoc loquendatur: ostendens qualiter pater est in filio: et filius in pare: et spiritus sanctus ab utroque in diuinis procedat. **ALCVI.** Vel dicit pluraliter: ac si dicas: Ego et illi qui mor-

daica utilitate manet: et exemplo ita manifestatio dicit ei: adhuc interrogat: de reliquo aspergad eum Christus loquitur. viii segundum. Respondit et dixit ei: Tu es magister in israel et hec ignoras? **AVGV.** Quid putamus dominum huic magistro iudeorum quasi insultare voluisse: volebat quod dem illum nasci de spiritu. nemo ante eum et spiritu nascitur nisi humilietur: quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu. Ille autem magisterio inflatus erat: et alicuius momenti sibi esse videbatur: quia doctor erat iudeorum. Deponit ergo dominus superbiam eius ut possit nasci de spiritu. **CHRISTY.** Nequam tamen nequitiam accusat viri: sed insipientiam et ruditatem solum. Sed dicit aliquis: quid coe habet hec nativitas de qua. scilicet christus locutus est ad iudaica dogmata. Habet quidem coe: nam quod primus homo factus est: et que de costa facta est mulier: et que steriles genuerunt: et quod per aquam miracula perfecta sunt. Dico autem quod heliseus de aqua ferrum eduxit: et quod iudei mare rubrum transierunt: et quod naaman syrus in iordanem purgatus est. Hec omnia nativitatem spiritualem et purgamentum in ea futurum figuraliter presonabant. et ea que a prophetis sunt dicta occulte ostendunt hunc nativitatis modum ut puta illud: Renouabitur ut aquile iuuentus tua: et beati quorum remisse sunt iniuriae. Sed et isaac figura huius nativitatis erat. Hec igitur rememorans dicit: Tu es magister in israel et hec ignoras? Rursus autem aliud suum sermonem ci credibilem facit: ad ibecillitatē eiū cōdescēdens cum subdit: Amen amen dico tibi quia quod scimus loquimur: et quod vidimus testamur: et testimonium nostrum non accipitis. Apud nos visus alijs sensibus certior est: et si volumus aliquem facere credere ita dicimus: quoniaque oculis nostris vidimus. Propterea christus humano loquens ad eum sermonem: non visum sensibilem inducit. sed manifestum est quod de certissima cognitione et non aliter se habente loquitur: igitur hoc quidem. i. quod scimus ait de scipso sole. **ALMO.** Queritur autem quare pluraliter dicit: Quod scimus loquimur. Ad quod dicendum quod unigenitus dei filius erat qui hoc loquendatur: ostendens qualiter pater est in filio: et filius in pare: et spiritus sanctus ab utroque in diuinis procedat. **ALCVI.** Vel dicit pluraliter: ac si dicas: Ego et illi qui mor-

eo spiritu sunt renati: intelligimus illud qd  
loquimur: t quod vidimus apud patrem in  
abscondito hoc testa: nra soris i modo: t vos  
qui carnales es t super'ri non accipitis te/  
stimonium nostrum. THEO. Quod ne/  
quaqz de nicodemo dicit sed de genere iudeo  
rum qui usqz ad finem in perfidia permane-  
runt. CHR Y. Qued quidem non turba/  
ti verbum est: sed mansuetudinem ostenden-  
us. Hinc enim erudit nos cu ad aliquos lo-  
cum fuerimus t non persuaserimus: non tri/  
stari neqz irasci: sed nostrum sermonem cre/  
dibilem facere non solum irascendo sed etiis  
non clamando. Materia enim ire clamor e:  
Jesus autem dogmata excelsa tagere debes:  
ppter audientium infirmitatem se detinet multo  
tunc: t uon continue dignis sua magnitu-  
dine dogmatibus imoratur: sed magis his  
que condescensione habent. vnde hic subdit.  
Si terrena dixi vobis: t non creditis: quo si  
direro vobis celestia credetis? AVG V.  
Hoc est si non creditis quia templum possu-  
suscitare deictum a vobis: quomodo crede-  
atis quia per spiritum sanctum possunt homines  
regenerari? CHR Y. Vel aliter: Si ba-  
ptismum terrenum dicat: non mireris quia i  
terra perficitur t compatione illius nativita-  
tis stupende que est ex substantia patris ter-  
rena est gratia nativitas: t bene no dixit: No  
intelligitis: sed non creditis. nam cum quis ali-  
qua per intellectum suscipere non valet: ame-  
tie vel ignorantie imputatur. Cum aut hoc si  
suscipiat aliquis quod solum fide oportet su-  
scipere: non amentie sed infidelitatis est accu-  
satio. Dicebantur autem hec t si non credebantur:  
qua posteri erant ea suscepturi.

C Et nemo ascendit in celum: nisi qui  
descendit de celo filius hominis qui e  
in celo.

AVG V. De baptismo parvulorum: no-  
ta paululus eius imperitia: qui sc ceteris de  
magisterio preferebat: t omnium talium in/  
credulitate reprehensa: respondet qz alii cre-  
dant si illi non credunt ad illud quod interro-  
gatus est: quomodo possunt ista fieri dicens:  
Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit  
de celo: filius hominis qui est in celo. q. d. sic  
fuit generatio spiritualis: vt sint celestes homines

ex terrenis: quod adipisci non poterunt: nisi  
membra mea efficiantur: vt ipse ascendat qui  
descendit: non aliud deputans corpus suum  
idest ecclesiā suā qz seipsum. GREGO-  
xxij. mōra. Quia enim nos unum cum il-  
lo iam facti sumus unde solus venit: in se so-  
lus reddit etiam in nobis t is qui in celo semp-  
est: ad celum quotidie ascendit. AVG V.  
De baptismo parvulorum: Quāvis autem i  
terra factus sit filius hominis: diuinitatē ta-  
men suam qua in celo manens: descendit ad  
terram non indignans censuit nominis filii ho-  
minis sicut carnem suam dignatus est nomi-  
ne filii dei: per unitatem enim persone qua  
utraqz substantia unus est christus: t filius  
dei abulabat in terra: t idem ipse filius homi-  
nis manebat in celo. It ergo credibiliorum fi-  
des ex incredibilioribus creditis. Si enim di-  
uina substantia longe distantior potuit ppier,  
nos ita suscipere humanam substantiam vt  
una persona fieret: qzto credibilius alij sancti  
fiunt cum homine christo unus christus: vt oī/  
bus per eius gratiam ascendentibus: ipse vn  
ascendat i celū q de celo descēdu. CHR Y.  
Vel aliter: quia dixerat nicodemus: Scimus  
quoniam a deo venisti magister: ne estimet  
ita esse magister vt multi prophetarum de ter-  
ra existentes subiungit: Et nemo ascēdit i  
celum: nisi qui descendit de celo filius homi-  
nis qui est in celo. THEO. Cum vero fi-  
lius hominis descendisse de celo audis: non  
pusles q de celo caro descenderit: hoc n. hereti-  
corum dogma est: qui docebant q christus  
de celo corpus sumpserat: t per virginem trā  
sierat. CHRYSOSTOMVS. filiu-  
um enim hominis non carnem hic vocavit:  
sed a minori substātia se totū nominavit. Est  
enim ci consuetudo multotiens a diuinitate:  
multotiens ab humanitate totum vocare.  
BEDA. Si enim aliquis homo nudus de  
monte ad connallia descēdat: t assumptis ve-  
stimentis etiam armis ad cundem montem  
ascendat recte ipse idem qui prius descen-  
dit ascendisse prohibetur. HILARI-  
VS .x. de trini. Vel quia de celo de/  
scendit concepte de spiritu originis causa est.  
Non enim corpori Maria originem dedit:  
licet ad incrementa partumqz corporis omne  
quod sensus sui est naturale cotulcrit: q ve-

ro hominis filius est. suscepit in virgine carnis est partus. qd autem in celis ē nature semper permanētis potestas: ē qd nō ex infinitatis sue virtute in regionē diffiniti corporis coartauit. Vbi dei p̄tātē: t in forma sui manēs ab oī intra extraqz celi mūdiqz circulo: celi ac mūdi dñs nō absuit p̄ hac ergo t de celo descendit: qd fili⁹ hoīs ē t in celis est. qd verbū caro factū nō amiserat maner qd factū ē. AVG. Miraris aut qd hic erat t in celo: Tales fecit discipulos suos: paulum audi dicentē: Nostra cōversatio in celis ē. si homo paulus ambulabat in terra: t cōversabat in celis: de⁹ celi t terre non poterat esse in celo t in terra.

CHR Y. Vide aut qd quod valde vī excelsum indignū est sua magnitudine. non enim solum i celo est: sed vbiqz t oīa replet: s̄ adhuc ad ibeclitatē auditoris loquī paulatim cum reducere volens.

**C**Et sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis: vt omnis qui credit in ipsum nō pereat sed habeat vitam eternam.

CHR Y. Quia dicerat bñficiū baptisini i ducit huius cām. s. crucē dicēs: Et sicut moyses tē. BEDA. Magistruz legis mosaice ad spūalē sensum eiusdem legis iducit recor, dans veteris historie: t hāc i figurā sue passionis atqz humāe saluatōis factā edisserēs.

AVGV. de baptis. paruulox: Serpentū .n. incurribus in deserto multi moriebant ac sic moyses ex precepto dñi exaltauit in desertum encū serpentē: hunc videntes sanabant cōtinuo. Exaltatus serpens est mors christi: eo significādi modo quo p̄ efficientē id quod efficit significat. A serpente quippe mors ve nit: q̄ peccatum quo mori meref homini persuasit. dñs aut in carnē suā non peccati translata tanqz venenū serpentis s̄ mortē: vt esset i similitudine carnis peccati pena sine culpa: vnde in carne peccati t pena solueretur t culpa. THEO. Videas ergo figuram ad veritatem. Ibi enim serpentis similitudo species quidem bestie hz: venenum autē nō hz: sic t hic rps a peccato liber: in similitudinem carnis peccati venit. Exaltari aut audiens suspensionē intelligas in altū vt sanctificaret aētē q̄ sacrificauerat terrā ambulando in ea: in telligas ēt p̄ exaltationē gloriā. nā illa crucis

altitudo gloria xp̄i scā est. in quo enim iudicari voluit: in hoc huius mūdi p̄ncipem iudicavit. Adam enim iuste mortuus est: qd peccauit: dominus vero iuste: qd peccatum non fecit. Postqz ergo iuste mortem sustinuit superauit illum qui eum tradidit morti: t sic liberauit adam a morte sed in hoc deuictuz se inuenit. Non enī potuit in cruce dominuz contristare vt crucifigentes odiret: sed magis diligebat: t pro eis orabat. sic igitur crux christi eius exaltatio t gloria facta ē. CHR Y. Ideo etiam non dixit: P̄dendere oīz filiū hominis: sed Exaltari: quia honestius hoc videbatur. vnde t p̄ opter audientem t propter figuram hoc posuit: vt discas quoniam cognata sunt vetera nouis: dcinde vt cognoscas quoniam non iuitus ad passionem venit: t adhuc vt discas qm̄ multis hinc nascitur salus.

AVGV. de baptis. paruulox: Sicut ergo tunc qui conspiciebat exaltatum serpente a veneno sanabatur: t a morte liberabat: sic nūc qui cōformatur similitudini mortis xp̄i per fidem baptismumqz eius t a peccato per iustificationem: t a morte per resurrectionē liberatur: hoc est enī quod ait: vt omnis qui credit in eum: non peat: sed habeat vitaz eternaz. quid ergo opus est vt morti christi per baptismum conformatur parvulus si mors serpentis nō est oīno venenat: CHR Y. Attende autem q̄ passionem obumbrate posuit ne ex ei⁹ verbis fieret tristis auditor. s̄ ructum vero passionis posuit manifeste. si enī qui credunt in crucifixum non pereunt: multo magis q̄ crucifixus est non perit. AVG. Hoc autem interest inter figuraz imaginē t rem ipsam: q̄ illi sanabantur a morte ad tē poralem vitam: hi autē vt habeat vitā eternā.

**C**In festo corporis christi. Joannis vi. cap.



Aro mea vere est cibus: t sanguis meus vere est potus. Qui māducat me am carnem: t bibit mēus sanguinem: in me manet: t ego in illo. Sicut misit me viuēs p̄

ter: et ego viuo propter patrem: et qui manducat me: et ipse viuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna et mortui sunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum.

BEDA. Dixerat superius. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem: habet vitam eternam: et ut ostenderet quia distantia sit inter corporalem cibum et potum: et spirituale mysterium corporis et sanguinis sui adiecit. Ego mea vere est cibus: et san. me. vere est potus. CHRYS. Hoc autem dicit: aut credant his que dicta sunt: ut non estiment enigma et parabolam esse: sed sciant quoniam omnino oportet manducare corpum christi aut vult dicere quod verus cibus est hic qui animas saluat. AVG. Vel aliter. Cum cibo et potu id appetat homines ut non esuriat neque si, niant: hoc veraciter non prestat nisi iste cibus et potus: qui eos a quibus sumitur immortales et incorruptibles facit. i. societas ipsa sanctorum ubi par erit: et unitas plena atque per se, et propice dominus noster corpus et sanguinem suum in eis rebus commendavit: que ad unum aliquid rediguntur ex multis namque aliud. s. panis ex multis grauis in unum conformat: aliud. s. vinum ex multis acinis affluit. Deinde iam exponit quid sit manducare corporis eius: et sanguinem bibere dicens. Qui manducat me. car. et bibi. me. s. i. me manet. et ego in illo. Hoc est ergo manducare illam escam: et illum bibere potum: in christo manere: et christum in se babere. At per hoc qui non manet in christo: et in quo non manet christus: proculdubio nec manducat eius carnem: nec bibit eius sanguinem: sed magis tante rei sacramentum ad indicium sibi manducat et bibit. CHRYS. Vel aliter continuatur: quia promiserat se manducantibus vitam eternam. ut ergo hoc confirmet induit. Qui manducat carnem et sanguinem: AVG. de ver. do. Multi quidem qui vel cor de ficto carnem illam manducant: et sanguinem bibunt: vel cum manducauerint apostole fiunt nunquid manent in christo: et christus in eis? Sed est profecto quidam modus manducandi illam carnem: et bibendi illum sanguinem quo modo qui manducauerit et biberit:

211

i christo manet et christus in eo. AVG. xxi. de ciuitate dei. Hoc est illi qui non sacra mento tenet: sed revera corpus christi manducant: et sanguinem bibunt. CHRYS. Et quia ego viuo: manifestum est quod ipse viuet: et ad hoc ostendendum subiungit: Sicut mihi. vi. pa. et ego viuo propter patrem: et qui manducat me: et ipse viuet propter me. Ac si dicat. Viuo ego sicut pater: et ne ingentium estimes ad iecit: Propter patrem patrem sibi esse principium occulte insinuans. quod autem dicit: Qui manducat me: et ipse viuet propter me: non de vita simpliciter hoc dicit sed de approbata. Et enim etiam infideles vivunt non manducantes de carne illa: sed neque de resurrectione coram hoc dicit. et enim omnes suscitabuntur: sed de gloriose et mercedem habente. AVG. Non autem ait. Sicut manduco patrem et ego viuo propter patrem: et qui manducat me: et ipse viuet propter me. Non enim filius participatione patris fit melior: sicut participatione filii per unitatem corporis eius et sanguinis quod illa manducatio et potatio significat: nos efficiunt meliores. Si ergo ita dictum est. Viuo propter patrem: quia ipse de illo est: sine detrunento equalitatis dictum est: nec tamen eadem nostram et suam equalitatem significavit: sed gratiam mediatores ostendit. Si autem sum id accipim. Viuo propter patrem: quod alibi ait: Pater maior me est: hec verba ita dicit. Sicut misit me pater. Ac si dicaret: ut ego vivam propter patrem: id est ad illum tanquam ad maiorem referam vitam meam: exinanitio mea fecit: i. qua me misit. ut autem quisque vivat propter me participatio facit: quem manducat me. HILA. viii. de trini. De veritate igitur carnis et sanguinis christi: non resolutus est ambigendi locus: nunc enim et ipsius domini professione et fide nostravere caro est: et vere sanguis est. hoc ergo vite nostre causa est: quod in nobis carnalibus manentem per carnem et spiritum habemus victuris nobis: per eum ea conditione qua vivit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter sumus carnem per eum vivimus. i. naturam carnis sue adepti: quomodo non naturaliter sumus spiritum in se patrem habentes: cum vivat ipse per patrem: per patrem autem vivit. dum naturitas non alienam ciuitatem diversaque naturam. AVG. Ut autem

D. viii

filum panem manducando vivamus: q̄ eter  
nam vitam ex nobis habere non possum⁹: de  
celo descendit. vnde sequitur: **H**ic est panis  
qui de celo descendit. **H**ILA. r. de tri.  
Se panem hic dicit: ac ne verbi virtus atq; natu  
ra defecisse existimaretur in carnem panem:  
carnem suam esse dixit: vt per hoc qui descen  
dens de celis panis est non ex humana cōce  
ptione origo esse corporis eius existimaretur:  
dum celeste esse corpus ostenditur; at vero cā  
panis est: assumptū per verbum corporis est  
professio. **THEO.** Nō enim purum deū  
comedimus. nam tū palpabilis tū incorpo  
reus est: neq; n. hominis puri carnē comedi  
mus que nū posset proficere. Sed quia deus  
carnem sibi vniuit: caro eius viuificativa exi  
stet non q; in dei naturam transierit: s; s; quā  
dam igniti ferri consuetudinem: q; t̄ ferrum  
manet: t̄ ignis actum ostendit: sic t̄ caro dñi  
vivificativa est tāq; caro verbi dei. **BEDA.**  
Et ut ostenderet distantiam vmbre t̄ lucis:  
typi t̄ veritatis subinuit. Non sicut mādu  
cauerunt patres vestri māna t̄ mortui sūt qui  
māducat hūc panem vnet in eternū. **A**V  
**G**VSTI. q; autem illi mortui sūt: ita vult  
utelligi: vt nō vivant i eternū. Nam tempo  
raliter t̄ hi profecto morientur: qui christum  
manducāt: sed vivunt in eternū: quia chri  
stus est vita eterna. **CHR Y.** Si enim pos  
sibile fuī sine messe t̄ frumento t̄ alijs bu  
iusmodi. xl. annis illorum vitam conseruare:  
multo magis nunc cibo spirituali hoc facere  
poterit cuius illa erant figure: frequenter aut̄  
vitam repromittit: quia nihil est ita delectabile  
hominibus: vnde t̄ in veteri testamēto lengi  
tudo vite promittebatur: hic autē vita finē nō  
habens. Simul etiam per hoc ostēdere vult:  
quoniam sentētiā morti traditentem pro pec  
cato nunc soluit vitam eternam contrario pro  
mutiens. Sequitur: **H**ec dixit in synagoga  
docens in capharnaūm. vbi. s. plurime virtu  
tes eius sunt facte. Docebat autem in syna  
goga t̄ i templo multitudinem attrahere vo  
lēs t̄ ostēdes quoniam non est cōtrarius pa  
tri. **BEDA.** Mysterice autem capharnaūm:  
que interpretatur villa pulcherrima: significat  
mūndū: synagogā vero iudaicum populum:  
per hoc ergo cōsiderit q; dñs per m̄ysterium  
i carnatiōis mundo apparet iudaico populo  
multa docuit: que ipse intellerit.

**C** Dominica prima post festum tri  
nitatis. Luce. xvi. capi.



Omo quidam erat diues  
t̄ inducatur purpura et  
byssō: t̄ epulabatur quo  
tidie splendide. Et erat q  
dam mendicus nomine la  
zarus qui iacebat ad ianuam eius vlc  
ribus plenus cupiēs latrari de misis  
que cadebant de mensa dñitatis: t̄ nemo  
illi dabat. Sed t̄ canes veniebant: t̄ lin  
gebant vlcera eius.

**BEDA.** Admonuerat supra dñs facere  
amicos de māmona iniquitatis: quod audien  
tes pharisei deridebant deinde illa que prepo  
suerat: exemplis astruit dicens: Homo qui  
dam erat diues. **CHR Y.** Erat: non Est.,  
quia preteriit quasi vmbra fugiens. Nō aut̄  
omnis sancta paupertas aut̄ dñitatis crimin  
is: sed vt luxuria infamat dñitatis: ita pauper  
tatem cōmendat sanctitas. Sequitur: Et in  
du. pur. t̄ byssō. **AMB.** Id purpura color re  
gi habitus est: t̄ cochis iatrinis ferro circu  
sis emissā: byssus vero genus lini candidi  
t̄ mollissimi. **GREGO.** in bo. Si at sub  
tiliū preciosarūq; vestiū cultus culpa nō es  
set: nequaq; sermo dei hoc tam vigilanter et  
primeret. Nemo q̄ppe vestimenta preciosā ni  
si ad inanem gloriam querit: vt honoratio cete  
ris esse videat. nemo enī vult ibi preciosissi  
mib; indui: vbi ab alijs non possit videri.  
**CHR Y.** Linēt̄ t̄ puluerē t̄ terrā purpu  
ra t̄ serico protegebat finē vestimenta eius: ita  
t̄ epule. t̄ nos quales epule: italia t̄ vestimen  
ta. vnde sequit̄: Et epulabat quotidie splen  
dide. **GRE.** pmo moral. Q̄bi solerter ita  
dum est: q; celebrari sine culpa coniuia vir  
pūt: pene semp epulas cōcomitāt voluptas.  
Nam cum corpus i refectōis delectatiōe re  
soluitur: cor ad inane gaudiū relaxatur. Seq  
tur: Et erat qđam mēdic⁹ noīc lazar⁹. **AM  
BR O.** Narratio magis qđ parabola vide  
tur quādo etiā nomē etp̄mit. **CHR Y.**  
Parabola vere illa est: vbi exemplum pon  
tur: t̄ lacentē nomina. Interpretāt̄ aut̄ lazar⁹ qui  
adintus est: pauper enī erat: t̄ illū dñs ad

inuabat. **C**. Vel alter. **P**ossis sermo de diuitie et lazaro similitudinari scriptus est in parabola ut innoteat qd qui terrenis affluunt opibus: nisi velint opitulari necessitatib⁹ pauperum: grauem icurrit suam. Refert autem traditio iudeorum lazaru in quedam fuisse tunc temporis in hierosolymis extrema pressus iopia et infirmitate: cuius meminit dñs introducens eum in exemplum ad maiorem sermonis manifestationem. **G.R.E.** in ho. Notandum etiam est: qd in populo plus solent nota diuitium qd pauperū sciri. **D**n̄s at nōmē pauperis dicunt: et nomen diuitis nō dicit: qd de⁹ humiles non uit atqz approbat: superbos ignorat: ut autem amplius probaret pauper: simul hunc et paupertas et egritudo tabefecit. **S**equit. n: Qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus.

**C**HR.Y. Ideo iacebat ad ianuam ne diues diceret: Non vidi: nemo mihi nūcianit. videbat eum exiens: et reuertens. idco ulceribus plenus ut crudelitatem dinitis suo corpore demonstraret. morte corporis tui vides iactere ante ianuam: et nō miseraris. si dei precepta non consideras: saltem conditiōis tuc misericordie: et tunc ne ipse talis efficiaris. egrotatio autem habet aliquod solacium: si opes habet. Quāta ergo in isto pena est: i quo inter tanta vulnera nō meminit dolores plagarū: sed famē! **S**equitur enim: Lupiēs saturari de misericordia que caderat de mensa diuitis. q.d. **Q**uod p̄icis de mēsa hoc prebe in elemosynā: fac dāna lucrū. **A.M.B.** Insolētia autem et tumor diuitium in diuitiis copetētibus subfertur. **S**equitur enim: Et nemo illi dabit. Ita enim sūt conditionis humane inimicemores: ut tāqz supra naturam sit: de miserijs paupuz incētua sua cum capiant voluptatum: rideant inopē: iuslētēgēt: et quorum misericordi deceat: his auferrat. **A.V.G.V.** de ver. do. Inexplebilis. n. auaricia diuitium: nec timet deum: nec hoicem vereatur. nō parcit patri: amico fidem nō servat: viduam opprimit: rem pupilli inuadit.

**G.R.E.** in ho. Insuper pauper videbat procedētē diuite ab obsequētibus circūfulciri: se in infirmitate et inopia a nullo visitari. nam quia nemo ei ad visitandum aderat: ita statut canes qui licenter vulnera eius lingebant. **S**equitur enim: Sed et ca. venie. et ling. et ulce. eius. **C**HR.Y. Ulcera que null⁹ dominum lauare dignabatur et contractare;

212

sere mites lambunt. **G.R.E.** in ho. vna ergo re omnipotēs deus duo iudicia exhibuit: dum lazarum pauprem ante ianuam diuitis iacere permisit: ut et diues impius damnatiōis sibi augeret ultionem: et tentatus pauper cresceret ad remunerationem: quia conspicebat ille quotidie cui misericordē: videbat iste de quo probarentur.

**C**Factum est autem ut moreretur mēdicus et portaretur ab angelis in sinum abrae. **M**ortuus est autem et diues: et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis: vidit abraam a longe et lazarum in sinu eius: et ipse clamans dixit: **P**ater abrae: miserere mei: et mitte lazarum ut intingat extremum digiti sui in aqua: ut refrigeret linguam meam: quia crucio in hac flamma. **E**t dixit illi abraam: **F**ili recordare qd receperisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala. **M**unc autem hic consolatur: tu vero cruciaris. **E**t in his omnib⁹ inter nos et vos chaos magnum firmatum est: ut hi qui volunt hinc transire ad vos non possint: neqz inde hinc transire.

**C**HRYSOSTOMVS. Audivimus quid viri in terra passi sunt: videamus quid viri patientur apud inferos. **Q**uod tempore fuit preterit: quod sequitur eternū est. **V**terqz mortuus est. illum angeli: hūc pene suscepserunt. **D**icitur eum: factum ē aut ut more. mēdi. et porta. in sinu abrae. Tante pene repente delictis commutantur. **P**orta tur post tantos labores: quia defecerat: ne saltem ambulans laboraret: et portabatur ab angelis. Non sufficerat ad portandum pauperem unus angelus: sed propter crea'plures veniunt ut chorū leticie faciant. gaudet unus quisqz angelus tantum onus tangere: liber ter talibus oneribus pregrauantur ut ducent homines ad regna celorum. **P**orta tus est autem in sinu abrae: ut illum palparet et refocillaret. Sinus abrae paradisus est.

Ideo autem angelī ministrantes tulserunt pauprem: et locauerunt eum in sinu abrae

quia licet despectus iaceret: non tamen despiciuit: nec blasphemauit dicens: **H**ic diues in nequicia viuens gaudet: et tribulationem non patitur: ego vero nec obtinere valeo necessariam escam. **A****V****G****V**. de origine anime. Quod autem abrae finum existimas esse corporum: vereor ne in re tanta ioculariter non serio agere credaris. Neque enim usque adeo ciperis: ut arbitris corporum finum hominis unius ferre tot animas: immo ut si te loquar tot corpora quot illuc angeli: sicut lazatum perferunt: nisi opinor fortasse illa una animam solam ad eundem finum peruenire meruisse. si errare pueriliter non vis: finum abrae intelligere remotam sedem quietis atque secretam: ubi est abraam: et ideo abrae dictam non quod ipsius tantum sit: sed quod ipse multarum gentium pater sit: qui ad imitandum fidei principatum prepositus est. **G****R****E****G****O**. in homine. Cum autem duo essent inferius corda: pauperis scilicet et divinitus unus desuper erat inspector: qui et pauperem tentando exercebat ad gloriam. et divitem tolerando expectabat ad penam. unde sequitur: Mortuus est autem et diues. **C****H****R****Y**. Mortuus quem est tunc corpore: sed erat illi ante anima mortua: nihil enim agebat ex operibus anime. nam totus scruor eius qui prouenit ex dilectione proximi expiravit: et erat corpore defuncto defunctor. Nullus autem est qui se, pelliendo diviti ministrasse dicatur ut lazaro. eo namque in latu innere delectatus multos habuit obsequentes adulatores: ut peruenit ad finem priuatus est omnibus. Simpliciter. non sequitur: Et sepultus est in inferno. Sed etiam anima eius dum viuere sepeliebatur obruta corpore quasi sepulchro. **A****V****G****V**. de questio. euange. Sepultura autem inferni penarum profunditas est: que superbos et im mistericordes post hanc vitam vorat. **B****A****S****I**. Est autem infernus quidam locus communis in intimo terre obumbratus vndeque et opacus: cuius est quoddam orificium in profundum tendens: per quod patet descensus animabus ad mala damnatis. **C****H****R****Y**. Vel sic ut reges carceres extra manent: sic et extra mundum foris alicubi est infernus. unde et exteriores tenebrie dicte sunt. **T****E****O****P****H****I**. Quidam vero dicitur infernum esse transsum ab apparenti ad disparens et defor-

mitatem anime. Quamdiu enim anima peccatoris in corpore est appareret per proprias operationes: ut autem euolat de corpore fit deforis. **C****H****R****Y**. Sicut autem pauperi dum viueret graviorum penarum reddebat iacere ante ianuam diuitis: et aliena bona prospicere: sic diviti mortuo augebat exstium accubitus in geenna: et prospectus delectationis lazari: ne solum tormentorum natura: sed et collatione honoris illius intolerabilius sentire suppli- cium. unde sequitur: Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis: vidit abraham a longe. Elenauit quidem oculos: ut illum inspicceret non ut despiceret. Lazarus enim sursum erat: ille deorsum. illum plures angeli portabant: isti infinita tormenta possidebant. unde non dicit: Cum esset in tormento: sed in tormentis. totus enim in tormentis erit oculos solos liberos habebat: ut alterius leticiarum possit aspicere: ut magis torqueatur: quia non habet quod aliud habet. aliorum diuitie eorum qui in paupertate sunt: tormenta sunt. **G****R****E****G****O**. Si autem abraam adhuc in limis non esset: hunc diues in tormentis positus non visideret. Eos enim qui celestis patric vias secuti sunt: post egressum carnis inferni claustra tenuerunt: non ut pena quasi peccatores plecteret: sed ut illos in locis remotionib<sup>9</sup> requiescentes: quia necdum intercessio mediatoris aduenerat: ab gressu regni reatus prime culpe retineret. **C****H****R****Y**. Multi autem erant pauperes iusti: sed qui iacuit ad limina eius aspectui occurrit ad eius tristiciam. Sequit: Et lazaram in sinu eius. Hinc innotescit quod omnes qui a nobis offenduntur: obij ciuntur nostro conspectui. Diues autem lazaram non penes alium iustum: sed in sinu abrae videt. erat enim abraam charitatus: hic autem crudelitatis arguitur. Ille sedens ante foras venabatur transscentes: et in domum patriarum ingerebat: hic vero et manentes intus auertebat. **G****R****E****G****O**. in homine. Qui numerum diues eum cuius in hac vita miseri non voluit: in suo iam supplicio positus patronum querit. **T****E****O****P****H****I**. Non tamen dirigit sermonem ad lazaram sed ad abraam: quia forsitan erubescbat et putabat lazaram reminisci malorum ex proprijs iudicans de illo. unde sequitur: Et ipse claudit. **C****H****R****Y**. Magne enim pene: magnam vocem reddebat:

Pater abraam. q.d. Patrez te voco natura:  
 quomodo filius qui perdidit suam substanti-  
 am: licet meo vitio te patres perdidicun. Adi-  
 serere mei. Et rufra agis penitentiam ubi no  
 est penitentie locus. Tornenta te cogunt: no  
 mensis affectus. Quicunqz in regno celorum  
 est: nescio an cius qui in inferno est valeat mi  
 sereri. Creator creature miscretur sue. Unde  
 venit medicus qui sanaret morbos: alij sana  
 re non poterat. Ad ite lazarium: erras miser.  
 Abraam mutere non potest: sed suscipere po  
 test: ut intingat extremum digiti sui in aquaz.  
 Lazarum videre non dignabar: et nunc di  
 gitum eius desideras. Hoc quod petis: tu ei  
 debebas facere cum adhuc viueret. Aquam  
 desideras: qd delicas cibos ate fastidiebas.  
 Vide conscientiam peccatoris: non totuqz au  
 det poscere digitum. Instruimur autem qd sit  
 utile in diuitiis non confidere: ecce diues in  
 diget paupere qui quandoqz esuriebat. Adi  
 tantur res et notificatur omnibus quis est di  
 ues: quis esset pauper. sicut enim in theatris  
 cum aduersperascit: et astantes recedunt: ercu  
 les et amictum deponentes: qui reges et pre  
 tores visi fuerant: omnibus ulceribus pleni  
 videntur ut sunt: sic et adueniente morte: et so  
 lito spectaculo: vniuersi larvus egestatis et di  
 uitiarum depositis: et solis operibus diuidi  
 cantur qui nam vere sint diuises: qui paupe  
 res: qui gloriofi: que iglorii. GREGO.  
 in homine. Diues enim iste qui ulcerato pau  
 peri mense sue vel minuta dare noluit: in in  
 ferno positus usqz ad minima querenda per  
 uenit. nam guttam aque petivit: qui micas pa  
 nis negauit. BASI. Eondignum autem pre  
 mium redditur diuiti: illi ignis et infernalis  
 pena: lingua arefacta: vice lire sonantis ge  
 mitus: vice potus desiderium stille: vice spe  
 culorum enormium caligo profunda: vice  
 ambitus incessantis peruigil vermes. vnde  
 sequitur: Ut refrigeret lin. me. quia crucior i  
 hac flamma. CHR Y. Non autem quia di  
 ues fuerat torquebatur: sed quia misertus no  
 fuit. GRE. in ho. Hinc colligenduz est qua  
 pena multandus fit qui aliena diripit: si in  
 ferni damnatione percutitur qui propria no  
 largitur. AM. Cruciatur etiam. quia luxu  
 rioso carcere delitius pena est: aqua autem est  
 refectio anime in doloribus constituta.  
 GRE. in ho. Quid autem est qd in tornen

tis positus linguam suam refrigerari postu  
 lat: nisi qd is q conuiuando de loquacitate pec  
 cauerat: per retributionis iusticiam in lingua  
 atrocis ardebat. Abundare enim in conui  
 uis loquacitas solet. CHR Y. Multa eti  
 am lingua eius superba locuta est ubi pecca  
 tum: ibi et pena. et quia plurimum lingua pec  
 cauit: amplius torquef. AVG V. de que  
 euani. Vel qd linguam suam vult refrigerari  
 cum in flamma totus arderet: significat quod  
 scriptum est: Adors et vita in manibus lin  
 gue. et quia ore confessio fit ad salutem: quod  
 per superbiam ille non fecit. Extremum au  
 tem digiti: vel minimum operationem signi  
 ficat qua per spiritum sanctum subuenitur.  
 AVG V. de origine anime. Dicis autem  
 membra hic anime describuntur: et vis p oculi  
 lumen totum caput intelligi: quia dictus est le  
 uare oculos suos: per linguam fauces per di  
 gitum manum. Quid autem cause est: ut no  
 mina ista membrorum in deo tibi corpus no  
 faciant: in aia faciant? An vero quia de crea  
 tura dicuntur proprie accipienda sunt: quan  
 do autem de creatore tropice atqz translate.  
 Pennas itaqz corporcas daturus es nobis  
 quoniam non creator sed creatura. i. homo di  
 cit: Si assumpsero pennas meas diluculo.  
 Homo si propterea linguam habuit diues il  
 le corpoream qm dicit: Refrigeret linguam  
 meam. in nobis quoqz adhuc in carne viuen  
 tibus manus habet ipsa lingua corporca: qd  
 scriptum est: Adors et vita in manibus lin  
 gue. GRE. nisenus. Sicut autem prestan  
 tissima speculorum: tales representant facies  
 eruz imagines: quales et ipse obiecte facies ter  
 tant: letas quidem letantiuz: tristum vero tri  
 stes: sic et iustum dei iudicium simile fit dispo  
 sitionibus nostris. vnde quia diues non fuit  
 misertus pauperis iacentis ad ianuam: cum  
 misericordia egeat non exauditur. Sequitur  
 enim: Et di. il. abra. f. i. recor. quia re. bo. in  
 vi. tua. CHR Y. Aspice patriarche boni  
 factum vocat illum filium: quod mansuetudi  
 nem eius potest exprimere: nullum tamquam pre  
 bet aurilium ei qui se remedio priuauerat. vn  
 de dicit: Recordare. i. animaduertas peccata  
 ne obliniscaris qd fueris oblectatus diuitiis:  
 recepisti bona in vita tua. i. illa que vera bo  
 na esse putas: non potes et in terra regnas  
 se et hic regnare. diuitie non possunt esse ve

re & in terra & in inferis. Sequitur: Et laza,  
similiter mala. Non q̄ lazarus ea mala puta-  
uerit: sed ex censura diuitis hoc dicebat: q̄ uno  
piam & famem & duram egritudinem estima-  
bat mala. Quando igitur infirmitatis & ego-  
tationis magnitudo premit lazarum cogite-  
mus & letanter accipiam⁹ mala in vita nostra.  
**AVG.** de que. cuan. Hec igitur ei dicū-  
tur: quia felicitatem dilexit seculi: nec aliam vi-  
tam preter illā in qua superbus tumebat ada-  
mauit. Lazarum autem dicit mala recepisse:  
quia intellexerit huius seculi mortalitatem: labo-  
res: & dolores & crummas: penam esse pecca-  
ti: quia omnes in adam morimur: quia fact⁹  
est transgressione mortalis. **CHR.Y.** Di-  
cit etiam: Recepisti bona in vita tua: quasi de-  
bita. q. d. Siquid boni fecisti vnde premium  
deberetur: omnia recepisti in illo mundo: epu-  
lans: ditatus: oblectatus: successibus prospe-  
ris. hic autem siquid mali commisit vniuersa  
recepit paupertate: fame: & extremis oppres-  
sus miseri⁹: & vterq; vestrum buc nudus ac-  
cessit. hic quidez a peccatis propter quod & co-  
solutionem sortitur: tu vero a iusticia propter  
quod immitigabilem perfers penam. vnde  
sequitur: Nunc autem h̄ consol. tu vero cru-  
ciaris. **GREGO.** in bo. Quaecunq; ergo  
in hoc seculo bene habetis: cū vos bona egis-  
se recolitis: valde de ipsis pertunescite: ne co-  
cessa vobis prosperitas eorundem remunera-  
tio sit honorum: & cu⁹ quoslibet pauperes nō  
nulla reprehensibilia perpetrare conspiciatis:  
quia fortasse quos superfluitas tenuissime p̄a-  
nitatis coinquinat: caminus paupertatis pur-  
gat. **CHR.Y.** Sed dices. Nōn est aliq; s;  
qui & hic & illic venia perfruatur! Hoc qui-  
dem difficile est: & de numero impossibili⁹.  
nam & si paupertas non vrgeat: vrget tamen  
ambitio. Si egritudo non stimulet: ira infla-  
mat. si tentationes non impetunt: emergunt  
sepius cogitationes inique. Non est autē par-  
vus labor iracundiam refrenare: compescere  
illicta desideria: ostentationes sedare: despe-  
rationem remittere vitam asperam ducere.  
Talia vero non agentem: impossibile est sal-  
uari. **GREGO.** in bo. Responderi etiā  
potest q; mali in hac vita bona recipiunt quia  
omne suum gaudium felicitatem transitoria⁹  
putant. Iusti autem habere h̄ quidez possunt  
bona: nec tamen in recompensatione recipe-

re: q; dum meliora. i. eterna appellant: eorum  
iudicio quelib; bona affuerint: bona minime  
videntur. **CHR.Y.** Post misericordiam  
autem dei in proprijs studijs sperandum' est  
de salute: non numerando patres aut proxi-  
mos vel amicos. s; rater enim non liberat, &  
ideo subditur: Et i bis omnibus ma. cha. fir-  
ma. est inter nos & vos. **THEO.** Chaos  
magnum significat iustorum a peccatoribus  
distantiam. nam sicut affectus eorū varij fue-  
rant: sic etiam mansiones non modicum dis-  
ferunt. **CHR.Y.** Quod firmatum dicit: q;  
non potest dissolui: agitari: vel p̄cuti. **AM.**  
Inter diutinem igit & pauperē chaos magnus  
est: q; post mortē nequeūt merita mutari: vñ-  
de sequitur: Ut hi qui volūt hinc ad nos trā-  
fire non possint: neq; inde hue transire.  
**CHR.Y.** q. d. Videre possumus: transire  
non possumus & nos videmus quid fugeris-  
mus: & vos videtis quid perdidieritis: & no-  
stra gaudia cumulant vestra tormenta: & ve-  
stra tormenta cumulat nostra gaudia. **GRE.**  
in bo. Sicut enim transire reprobū ad electos  
cupiunt. i. a supplicijs suorum afflictione mi-  
grare: ita ad afflictos atq; in tormentis positos  
transire iustorum est mente ire per misericor-  
diā: eosq; velle liberare: sed iustorū aīcīq;  
tuis in sue nature bonitate misericordiam ha-  
beant: iam tamen auctoris sui iusticie coniuncte:  
tanta rectitudine costringunt: vt nulla ad  
reprobos copassione mouant: nec iniūsti er-  
go ad beatoꝝ sorē trāseunt: q; dānationē ppe-  
tua costringunt. nec iusti ad reprobos trāsire  
p̄nt: q; erecti iam p̄ iusticiam iudicij: eis nullo  
mō ex aliqua copassione miserent. **THEO.**  
Hinc elicias argumētū p̄tra origenis sequa-  
ces q dicūt: Cū termin⁹ sit iponēd⁹ suppliciis:  
erit tps quo aggregabūt peccatores iustis  
& deo. **AVG.** de que. euā. O stēdit. n. per  
icōmutabilitatē diuine snie nullū auxiliū mi-  
sericordie posse preberi peccatorib; a iustis:  
et si velint prebere: quo admonet vt in hac vi-  
ta hoīes subueniant quibus p̄nt: ne si postea  
et optime recepti fuerint: eis quos diligunt  
opitulari non valeant. Illud. n. qd scriptū ē:  
vt & ipsi recipiat vos i cierna tabernacula: nō  
de supbis & in misericordib; scriptū ē: s; d̄ his  
q̄ sibi eos amicos de opib; misericordie fece-  
rūt: quos iusti nō velut p̄pria potestare quasi  
gratificando recipiūt: sed permissiōe diuina.

**C**Et ait: Rogo ergo te paf ut mitas eum in domum patris mei. Habeo enim quinqz fratres: vt testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi abraaz: Habet moysen et prophetas audiant illos. At ille dixit: Non pater abraaz: sed si quis ex mortuis ierit ad eos: penitentiam agent. Aut autem illi: Si moysen et prophetas non audiunt: neqz si quis ex mortuis resurrexerit credent.

**GREGO.** in bo. Postquam ardenti diuiti de se spes tollitur: eius animus ad propinquos quos reliquerat incurrit. vnde dicitur: Et ait: Rogo te pater ut mutas eum in domum patris mei. **AVGV.** de que. euan. Lazarus petit misericordia sensit se indignus qui testimonium peribeat veritati. Et quia non impetraverat panulum refrigerari: multo minus credit se relaxari posse ab inferis ad predicationem veritatis. **CHRY.** Vide autem probabilitatem: nec in ipsis penitentia continet veritatem. Si pater est abraham: quomodo dicas: Adiuste eum in domum patris mei: sed non es oblitus patris tui: quia ille te prodidit. **GRE GO.** in home. Reproborum autem mentem pena sua quodammodo inutiliter crudit ad charitatem: vt iam tunc etiam suos specialiter diligat: qui hic dum peccata diligerent: nec se amabat. vnde sequitur: Habeo enim quinqz fratres: vt testetur illis ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum. **AMBRO.** Serius autem dimes iste magister esse incipit: cu[m] iam nec discidi tempus habeatur vel docendi. **GRE GO.** in home. Quia in re notandum est ardenti diuiti quanta supplicia cumulantur: ad penam namque suam ei cognitio seruatur et memoria cognovit enim lazarus quem despiciunt: et fratum suorum mininunt: quos religit. vi enim peccatores in supplicio amplius puniantur: et eorum vident gloriam quos contemperantur: et de illorum pena torquentur: quos inutiliter amauerunt. Detenti autem diuiti ut lazarus mitteretur ab abraham protinus respondetur. vnde sequitur: Et ait illi abraham: Habent moysen et prophetas audiant illos.

**CHRY.** q. d. Non sinit ubi magis cure fratres qui deo quod eod creauit: statuimus eis do-

ctores qui eos conmonerent et solicitarent. Vnde cat autem hic moysen et prophetas scripta monastica et prophetica. **AMBR O.** Quo loco evidentissime declarat dominus vetus testamentum esse fidei firmitatem: retundens per fidiam iudiciorum: et excludens nequicias hereticorum. **GREGO.** in bo. Sed qui dei verba despererat: hoc audire non posse suos squaces estimabat. vnde sequitur: At ille dicit: Non pater abraaz: sed si quis ex mortuis ierit ad illos penitentiam agent. **CHRY.** Quia enim audiendo scripturas contemnebat et fabulas esse putabat ex his que passus fuerat: ipse quoque diuidicabat de fratribus.

**GREGO.** nisenus. Sed et aliud quoddam dogma docemur: quod lazari quidem anima non est erga presentia sollicita: nec retorquet se ad aliquod relictorum. at diues quasi quodam visco etiam post mortem a vita detinetur carnaли. nam si quis omnino carnalis sum mentem fiat: nec postquam corpus eruerit: remouetur a passionibus eius. **GRE GO.** in home. Sed mori diuiti veraci sententia respondetur. Sequitur enim: Aut autem illi: Si moysen et prophetas non audiunt: neqz si quis ex mortuis resurrexerit credent ei. Quia qui verba legis despiciunt: redemptoris precepta quod ex mortuis resurrexit: quanto subtiliora sunt tanto hic difficilius implebunt. **CHRY.** Quid autem verum sit quod qui non auscultat scripturarum: nec mortuis rediunt auscultat: ostendunt iudei qui nunc quidem volebant occidere lazarus: nunc vero inuadabant apostolos: cum tamen a mortuis nonnulli resurrexerint hora crucis. Sed et illud considera quod quisque mortuus seruus est. quecumque vero dicunt scripture: dicit dominus: vnde et si resurgat mortuus: et si celitus descendenter angelus: omnibus magis sunt digne fide scripture. nam angelorum dominus viatorum et mortuorum eas instituit. Si autem sciret hoc deus quod mortui resurgent, pdebet viventibus non hoc omisisset: qui per utilitate nostra singula queque tractat sed et si crebro resurgerent mortui: hoc iterum tempore contemneretur: sed et diabolus facile introduceret peruersa dogmata. Id quoque per organa sua fingens: non quidem suscitans vere defunctos: sed quibusdam fallacijs spectantium frustrans intuitum: vel ingemans quosdam mortem simulare.

**Avgv.** de curis pro mortuo habendis.  
Diceret autem aliquis si nulla est mortuis cura de viuis: quomodo diues rogauit abraam ut muteret lazarus ad quinqz fratres suos? Sed nunquid quia hoc dimes ille dixit: iō qd fratres agerent: vel quid paterentur in illo tē pore sciuit: ita illi cura fuit de viuis: qz qd agerent omnino nescirent: sicut nobis est cura de mortuis: qz qd agant omnino nesciamus. Sed rursus occurrit qo: quomodo hic abraam esse sciebat moysen & prophetas. i. libros eorum: vbi etiam nouerat diuitem illū in delitijs: lazaru in doloribos viriſe? Verum non cum hec agerentur in viuis: sed eis mortuis potuit lazaro indicante cognoscere: ne falsum sit quod ait propheta: Abraā nesciuit nos. Id ossunt & ab angelis qui reb⁹ que aguntur hic presto sunt audire aligd mor tui. possunt etiam aliqua que necessarium est eos nosse: non solum preterita verum etiam futura spiritu dei renelāte cognoscere. **Avgv.** de que. euan. Id allegoriam autem hec sic accipi pñt: vt in diuite intelligant superbi iudeorum ignorantes dei iusticiam: et suam volentes constituere. Id purpura & brys sus dignitas regni est: & aufcretur iquit a vobis regnum dei. epulatio splendida: iactantia legis est in qua gloriabantur. plus ad pompā elationis abutentes ea: qz ad necessitatez salutis vientes. Ad dicus autem nomine lazarus qui interpretatnr adiutus: significat indigenem: veluti gentilem aliquem aut publicanum: qui tanto magis adiuuatur: qzto min⁹ de suarū copia facultatū presunit. **GRE.** in home. Lazarus igitur ulceribus plen⁹ gētilem populum figuraliter exprimit: qui dum ad deum conuersus peccata sua confiteri non erubuit: huic vulnus in cutē fuit. Quid enī est peccatorum confessio: nisi quedam vulnerum ruptio. sed lazarus vulneratus cupiebat saturari de mīcis que cadebant de mensa diuitis: & nemo illi dabat: quia gentilem quēqz ad cognitionem legis admittere: superb⁹ ille populis despiciebat. & quia ea verba defluiebat de scia quasi mice cadebant de mensa. **Avgv.** de que. euan. Lanes autem qui ulcera pauperis lingebant: nequissimi homines sūt amantes peccata: qui lata lingua etiam lauda

re non cessant opera mala: que in se aliis gemitis & confitens detestatur. **GRE.** in home. Nonnūquam etiam solent in sacro elo quin per canes predicatorēs intelligi: f3 illō: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Lanum etenim lingua vulnus dū lingit curat: quia doctores sancti dum in confessione peccati nostri nos instruunt: quasi vuln⁹ metis per linguam tangunt. Diues autem sepultus est in inferno: in finum vero abrae lazaru ab angelis ductus est idest in secretam requiem. de qua veritas dicit: Muli venient ab oriente & occidente: & recumbent cum abraaz & iacob in regno celorum: filij autem regni ejus carent in tenebras exteriōres. De longiquo autem ad videndum lazaru oculos diues levat: quia dum per damnationis sue supplicia infideles in uno sunt: fideles quosqz ante diē extremi iudicij super se in requie attendūt: qzrum post gaudia contemplari nullatenus pos sunt. Longe vero est quod conspicunt: quia illuc per meritum non attingunt: In lingua autem amplius ardore ostenditur: quia infidelis populus verba legis in ore tenuit: que opere seruare contempfit. ibi ergo ampli⁹ ardebit: vbi se amplius ostendit scire quod fare noluit. Abraam autem filium eum vocat: quem tamen a tormento non liberat: quoniam huius infidelis populi patres: quia multos a sua fide deviisse considerant: eos nulla compassione a tormentis eripiunt: quos tamen per carnem filios recognoscunt. **AVGV.** de que. euan. Quinqz autem fratres quos habere dicit in domo patris sui: iudeos significavit: qui appellati sunt quinqz: quia sub lege detinebantur que per moysen data est: qui qz libros scripsit. **CHRY.** Vcl hūi qui qz fratres. i. qnqz s̄esus qb⁹ aī fuierat: & ideo lazaru amare non poterat: quia illi fratres n̄ amant paupertatem. Illi te fratres in hec tormenta miserunt: saluari non possunt nisi moriantur: alioquin necesse est vt fratres habent cum fratre suo. Sed quid queris vt miti lazarū habet moysen & prophetas. Moyses lazarus pauper fuit: maiores diuitias esse arbitratus paupertatem christi qz diuitias phraonis. Hieremias in lacuz missus pane tribulationis vescebat: & oēs prophetē istos fra-

tres docent: si isti fratres salvari non possunt nisi aliquis ab inferis resurrexerit. Iste enim fratres ante Christum resurgeret: me ducerat in mortem. ille mortuus est: sed isti fratres resurrexerunt. nunc oculus meus Christum videt: auris cum audit: tactus amplectitur. Ex hoc autem quod diximus: locum determinamus martionis et manicheo qui destruunt vetus testamentum. Vide ergo quid dicat abraham: si moysi et prophetas non audiunt. q.d. Bene facis cum qui resurrecturus est expectando: sed in illis Christus loquitur: si illos audi es et illum auditurus es. **GRE.** in homine. **Judaicus** autem populus quia moysi verba spiritualiter intelligere contempsit: ad eum de quo moyses locutus fuerat non peruenit. **AM/BR.O.** Vel aliter: Lazarus est pauper in seculo: sed deo dives. neque enim omnis sancta paupertas aut diuine crimine: sed sicut luxuria infamat diuitias: ita paupertatem contumeliat sanctitas. Siue apostolicus pauper in verbo: locuples in fide: qui veram teneat fidem: verborum insulas non requirit. Lui similem illum puto: qui cesus sepius a iudeis: viceria sui corporis lambenda quibusdam velut canibus offerebat. Beati canes i quos vicerum talium distillat humor: ut impletat cor: quo custodiare domum: seruare gemmam: cauere assuescant lupos: et quod panis verbum est: fides autem verbi est. mice velut quendam dogmata fidei sunt mysteria. sc. scriptura rum. **Arriani** autem qui societatem potentie regalis affectant: ut impugnent ecclesie veritatem nonne tibi videntur in quadam purpura et byssio iacere: qui cum pro veris fucatae fundant: diuinibus abundat sermonibus. **Dives** heresis euangelia multa composuit: et pauper fides hoc solum euangelium tenuit quod accepit. **Dives** philosophia plures sibi deos fecit: pauper ecclesia unum deum nouit: non ne ille videntur egere diuitie: et redundare paupertas. **AVGV.** de que. euan. Alter enim intelligi potest illa narratio: ut lazarus dominum significare accipiamus iacente ad ianuam illius diuitis: quia scilicet ad aures superbissimas in deorum incarnationis humilitate deiecit: cupiens saturari de misericordiis que cadebant de mensa diuitis. i. querens ab eis vel minima opera iusticie que sue mente. i. sue potestati per superbiam non usurpare: quae opera

quis minima et sine disciplina perseverante vite bone: salte interdum vel casu facerent: sicut mice de mensa cadere solent. Viceria passiones sunt domini. Lanes qui ea lingebant: gentes sunt quos immundos indei dicebant: et tamen passiones domini in sacramentis corporis et sanguinis eius per totum iam orbem suavitate deuotissima lambunt. Simus abrae intelligitur secretum patris quo post passionem resurgens assumptus est dominus: quo eum portatum ab angelis: ideo dictum puto: quia ipsam receptionem qua in secretum patris accessit: angeli annuncianterunt discipulis. Eterna sum superiorum expositionem accipi possunt: quia secretum patris bene intelligitur: ubi etiam ante resurrectione instorum anime vivunt cum deo.

## **C** Dominica.ij. **Luce. xiiij. capi.**



Omo quidam fecit cenam magnam et vocauit multis. Et misit seruum suum hora cene dicere in uitatis ut venirent quia iam parata sunt omnia. Et ceperunt simul omnes excusare. **I** Domini dixit ei: **V**il lam emi: et necesse habeo exire et videre illam. **R**ogo te habe me excusat. Et alter dixit: **J**uga boum emi quinq[ue] et eo probare illa. **R**ogo te habe me excusat. Et aliis dixit: **U**rorem duxi: et ideo non possum venire. Et reuersus seruus nunciavit hec domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruῳ suo: **E**xi cito in plateas et vicoscinitatis: et paupres ac debiles et cecos et claudos introduc huc. Et ait seruus: **D**omine factus est ut imperasti et adhuc locus est. Et ait dominus seruῳ: **E**xi in vias et sepes et compelle intrare: ut impletatur domus mea. Dico autem vobis: quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam.

**CIRYL.** Homo iste deus pater est: sed & imagines ad similitudinem veritatis figurantur. **CHR Y.** Quotiens enim puniuam suam virtutem indicare vult deus: ut sa paratus: sed & huiusmodi nuncupatur: quando vero misericordia exprimere vult dicitur homo. **CIRYL.** Hic ergo conditor omnium atque glorie pater paravit cenam magnam in christo peractam. In novissimis enim temporibus & quasi in occasu nostri seculi illuxit nobis dei filius: & mortez pro nobis sustinens: dedit nobis proprium corpus comedere: unde & agnus in vespere immolabatur iuxta legem mosaicam: merito igitur cena dictum est paratum in christo conuiuium. **GRE.** ibo. Vel facit cenam magnam: quia facietatem nobis dulcedinis eterne preparauit. qui vocavit multos: sed pauci veniunt: quia non unquam ipsi qui ei per fidem subiecti sunt: eterno ei & conuiuendo contradicunt. Hoc autem distare inter delicias corporis & cordis solet: quia corporales delitiae cum non habentur: graue in se desiderium accendunt: cum vero habite eduntur: comedentes protinus in fastidium per sacerdotem vertunt. At contra: spirituales delitiae cum non habentur in fastidio sunt: cum vero habentur: in desiderio. Sed superna pietas contemptas illas delitias ad memorie nostre oculos reuocat: atque ut fastidium nostrum repellere debeamus inuitat. unde sequitur: Et misit seruum suum hora cene inuitatis ut veniret. **CIRYL.** Iste seruus qui missus est ipse christus est: qui cum esset natura iuxdens & verus dei filius: exinanivit seipsum formam serui accipiens. Missus est autem hora cene: non enim a principio verbum patris nostram naturam suscepit: sed in nonuissimo tempore. Subdit autem: Quia para ta sunt omnia. Paravit enim pater in christo bona collata mundo per ipsum peccatorum amotionem: spiritu sancti participatione adoptionis splendorum: ad hoc vocavit christus per euangelica documenta. **AVGV.** de ver. do. Vel aliter: Homo iste mediator est dei & hominis christus iesus. Misit ut veniret in uitati. i. per missos vocati prophetas: qui olim inuitabant ad cenam christi: sepe missi sunt ad populum israel: sepe vocaverunt ut ad horas cene venirent. Illi inuitantes acceperunt: cenan repudiavunt: prophetas legerunt & ch

sum occiderunt: & tunc nobis cenan nescientes parauerunt. Parata iesu cena id est in imitato christo missi sunt apostoli ad quos missi fuerant ante prophete. **GREGO.** in bo. me. Id est hunc ergo seruum qui a patres familiis ad inuitandum mittitur: predicatorum eredo significatur: sepe autem solet euenire: ut persona potens famulum habeat despectum cum quis per eum dominus aliquid mandat: non despiciatur persona loquentis servi quia scrutatur in corde mittentis reverentia domini. Offerit ergo deus quod regari debuit: non rogarere. dare vult quod vir sperari poterat: & tamē simul omnes excusant. Sequitur enī: Et ce pe. om. si. excusare. Ecce homo diues iuitat: & pauperes occurrere festinant ad dei inuitatum conuiuium: & nos excusamus. **AVG.** de ver. do. Tres autem fuerunt excusationes de quibus subditur: Primum dixit ei. Hilemi. & ne. ha. eri. & vide. illas ro. te ha. me et cusatum. In villa empta dominatio notatur ergo superbia castigatur vitium primum prius enim homo dominari voluit: qui dominium habere noluit. **GREGO.** in bo. Vel per villam terrena substantia designat: Et ergo videre illam: qui sola exteriora cogitat proprie substantiam. **AMBRO.** Sic igitur emerite militis viro contemendarum stipendiū prescribitur facultatum: quod neque ille qui studijs intentus inferioribus. possessiones sibi terrenas coemit: regnum celi possit adipisci: cum dominus dicat: Vnde omnia tua & sequere me. Sequit̄: Et alter dixit: Iuga bonum emi quinq; & eo probare illa. **AVGV.** de ver. domini: Quinq; iuga bonum sensus carnis huius quinq; numerantur. In oculis visus est: in auribus auditus: in naribus odoratus: in fauibus gustus: in omnibus membris tactus. Sed quia iuga sunt in tribus portionibus sensibus facilis appetit. Duo sunt oculi: due aures: gemine nares. Ecce tria iuga: & fauibus id est sensu gustandi geminatio quedam inuenitur. quia nihil gustando sapit nisi si lingua: & palato tangatur: voluptas carnis que ad tactum pertinet occulte geminatur: est & fornicatus & intrinsecus. Dicuntur autem iuga bouis: quia per sensus istos carnis terra requiruntur. Boues enim terram versant: homines autem remoti a fide terrenis editi: nolunt credere aliquid nisi ad quod sen-

215

si corporis peruenient quinq<sup>z</sup> partito. Non  
inquit ergo credo: nisi quod video. Si talia  
cogitaremus quinq<sup>z</sup> illis iugis boum a cena  
impediretur ut noueritis autem istorum quin-  
q<sup>z</sup> sensuum non delectationem que mulcat: et  
ingerit voluptatem: sed curiositatem quandam  
notatam fuisse. Non ait: quinq<sup>z</sup> iuga boum  
emis: eo pascere illa: sed eo pbarare illa. **GREGO.** in home. Corporales etiam sensus q<sup>r</sup>  
interna comprehendere nequeunt: sed sola ex-  
teriora agnoscunt: recte per eos curiositas de-  
signatur: que dum alienam querit vitam di-  
scutere semper sua intima nesciens studet ex-  
teriora cogitare. Sed notandum q<sup>r</sup> is qui p-  
piter villam t is qui propter probanda iuga  
boum a cena sui invitatoris se excusat: huini-  
litatis verba perimiscet. dum enim dicit: Ko-  
go et venire contemnit humilitas sonat in vo-  
ce: superbia in actione. Sequitur: Alius di-  
xit. Vrorem duri: et ideo non possum veni-  
re. **AVGV.** de ver. do. Ista est voluptas  
carnis que multos impedit vltimaz foris et no-  
tius. Qui enim dixit: Vrorem duri: carnē  
amplectatur: carnis voluptatibus iocundatur;  
a cena excusat: obseruet ne fame interna mo-  
riatur. **BA.** Dicit autem. Non possum ve-  
nire. eo q<sup>r</sup> intellectus humanus vergens ad  
mundanas illecebras debilis est ad agendum.  
**GREGO.** in home. Quanvis autem bo-  
num sit coniungium: atq<sup>z</sup> ad propagandam so-  
bolem diuina prouidentia constitutum: non  
nulli sainen per hoc non fecunditatez prolis:  
sed desideria expetunt voluptatis. Et iccirco  
per rem iustum significari potest: non incon-  
grue res iniusta. **AMBR O.** Vel coniu-  
gium non reprehenditur: sed ad maiorem ho-  
norem vocatur integritas: quoniam mulier i  
nupta cogitat que sunt domini. vt sit sancta  
corpo et spiritu: que autem nupta est: cogi-  
tar que sunt mundi. **AVGV.** de ver. do.  
Joannes autem dicens: Omne quod est in  
mundo concupiscentia carnis est et concupi-  
scentia oculorum et ambitio seculi unde cepit  
vbi euangelium terminum posuit. Concupi-  
scentia carnis vrorem duxi: concupiscentia  
oculorum quinq<sup>z</sup> iuga bouz emi. Ambitio se-  
culi: villam emi. Aperte autem in totum com-  
memorati sunt quinq<sup>z</sup> sensus per solos ocu-  
los: quorum est in quinq<sup>z</sup> sensibus principa-  
les: propriea cuz propriis ad oculos pertine-

at visus: ipsuz videre per omnes quinq<sup>z</sup> sen-  
sus solemus appellare. **CIRYL.** Quos  
autem intelligemus fuisse eos qui renuerūt  
predictoru<sup>z</sup> causa venire: nisi presides iudeo-  
rum: quos per totam sacram paginaz de his  
redargutos esse videmus. **ORIGE.** vel  
aliter: Hi qui villam emerunt et refutant ce-  
nam: sunt qui receperunt alia dogmata diui-  
nitatis: nec experti sunt verbum q<sup>r</sup> posside-  
bant. Is autem qui quinq<sup>z</sup> paria boum emit.  
est qui naturam intellectualem contemnit: et  
sensibilia sequitur. vnde incorporam natu-  
ram comprehendere non potest. Qui autem  
vrorez durit: est qui coniunctus est carni: vo-  
luptatum magis amator q<sup>r</sup> dei. **AMBR O.**  
Vel tria genera hominum a consilio istius  
cene estimus excludi: gentilium iudeorum: et  
hereticorum iudei corporali mysterio iuga si-  
bi legis imponunt. Quinq<sup>z</sup> autem iuga sunt  
verborum decem: vel quinq<sup>z</sup> libri veteris le-  
gis. At vero heresis velut eua feminco rigo-  
re fidei tentat affectum. Et apostolis dicit au-  
ticiam esse fugiendam: ne impediti more gen-  
tili ad regnum christi peruenire nequeamus  
ergo et ille qui villam emit alienus a regno e:  
et ille qui iugum potius legis q<sup>r</sup> gratie mu-  
nus elegit: et ille qui se propter ducendam ex-  
cusat vrorem: Sequitur: Et reuersus seruo  
nunciauit hec domino suo. **AVGV.** quin-  
to super gen. ad litteram: Non propter infe-  
riorum scientiam deus nuncijs indiget quasi  
per eos fieri scientior: sed nouit omnia stabili-  
ter atq<sup>z</sup> incomutabiliter. Habet autem nu-  
cios propter nos et ppter ipsos: quia illo mo-  
do deo parere et assistere: vt cum de inferio-  
ribus consulant: eiusq<sup>z</sup> supernis iussis obtene-  
rent bonum est eis in ordine proprie natu-  
re. **CIRYL.** Judeorum autem primati-  
bus vocationem renuentibus sicut ipfi dice-  
bant. Nunquid aliquis principum creditit  
in eum: indignatus est paterfamilias: quasi  
eis dignis indignatione et ira vnde sequitur:  
Tunc iratus paterfamilias. **BASI.** Non  
q<sup>r</sup> ire passio diuine substancie accidat: sed ta-  
lis operatio que in nobis ab ira fit dei ira et  
indignatio dicitur. **CIRYL.** Sic er-  
go indignatus dicitur paterfamilias princi-  
pes iudeorum: et vocati sunt loco eorum qui  
erant de multitudine iudeorum fragilim et  
imponentem mentem habentes. Loquen-

te enim petro: primo quidem tria milia: dein de quinqz milia crediderunt: et postmodum plurimus populus. unde dicitur: dixit ser. suo: Eri. ci. in pla. et vi. ciui. et pau. ac debi. ce. et clau. intro. buc. AMB. Invitat autem pauperes: debiles: et cecos: ut ostendatur quod nullum debilitas corporis excludit a regno raritatis: delineat: cui defit illecebra peccandi: vel qualitas peccatorum per misericordiam domini remittatur. unde mittit ad plateas: ut de latioribus vitiis ad angustam venirent viam. GRE. in ho. Quia ergo venire superbi renunt pauperes eliguntur: dicuntur. n. debiles et quod iudicio suo apud scmetipos infirmi sunt. nam pauperes et quasi fortes sunt: qui positi in paupertate superbiunt: ceci sunt qui nullius ingenij lumen habent: claudi sunt qui rectos gressus in operatione non habent. Sed dum horum virtutia in membrorum debilitate significatur sicut illi peccatores fuerunt: qui vocati vere nire noluerunt: ita hi quoque qui invitantur et veniunt. sed peccatores superbi respuuntur: humiles eliguntur. Hos itaque elegit deus quod despiciit mundus: quia plerique ipsa despectio hominem reuocat ad se meipsum. Et tanto celerius vocem dei aliqui audiunt: quanto in hoc mundo non habent unde delectentur. Cum ergo de vicis et plateis ad cenam quosdam dominus vocat: illum populum designat qui tenere legis urbanam conuersationem nouerat. Sed multitudo que ex israel populo crederunt: locum superni conuiniens non implevit. unde sequitur: Et ait ser. Domine factum est ut impene. et adhuc lo. est. Intravit. n. iam frequentia indecorum: sed adhuc locus vacat in regno ubi suscipi. debeat numerositas gentium. unde subditur: Et ait do. ser. Eri in vi. et se. et co. itra. ut imple. do. mea. Cum coniuias suos colligi ex viis et sepibus precipit: agrestem populum. id genitilem querit. AMB. Q. Vel mittit ad vias et circa sepes: qui hic apti sunt in regno celorum qui nullis presentium cupiditatibus occupati: ad futura festinant in quodam bono voluntatis tramite constituti: et qui modo se quisque ab incultis culta secernat: et cursus arceat: bestiarum norit bona malaque distinguere: et aduersus tentamenta nequicie spiritualis fiduci munimur pretendere. AVG. de ver. do. Venerunt de plateis et vicis gentes venient de sepibus heretici. Nam sepes qui constru-

unt divisiones querunt: abstrahant a seipsis: euellantur a spinis: sed cogi nolunt: voluntate inquietant nostra intremus. Non hoc dominus in petrauit: coge iquit intrare: foris inueniatur necessitas: nascitur inde voluntas. GRE. in ho. Qui ergo huius mundi aduersitatem fracti a dei amore rediut. compelluntur intrare. Sed valde tremenda est finis que subiester: Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabit cenam meam. Nemo ergo contemnat: neque vocatus excusat: cum voluntatem habuerit intrare non valcat.

### C Dominica tertia. Luce. xv. capi.



Rant appropinquantes ad iesum publicani et peccatores ut audirent illorum murmurabant pharisei et scribe dicentes: Quid hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oves: et si perdiderit unam ex illis nonne dimittit nonagintanum in deserto: et vadit ad illam que perierat donec inueniat illam: Et cum inuenierit eam: ponit inumeros suos gaudens et veniens domum conuocat amicos et vicinos dicens illis: Congratulamini mihi: quia inueni oves meas que perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente: quod supra nonagintanum iustis qui non indigent penitentia. AMB. Didiceras in superioribus seculis occupatiibus non teneri: caduca non perfere perpetuis. Sed quia fragilitas humana firmum nequit in tanto seculi lubrico tene re vestigium: etiam aduersus errorum remedia tibi bonus medicus demonstrauit: spem venie inder misericors non negauit. Vnde subditur: Erat approxi publi. et pecca. ut audi cum. GLO. i. qui publica exigunt vecchia vel codicunt: et qui lucra seculi per negotia

sectantur. **THEO.** Hoc enim exequebat  
cuius causa carnem susceperebat: admittēs peccatores: sicut medicus egrotates. Sed pharisei vere criminosi huic pietati murmurare cōpensabāt. vnde sequitur: Et murmu. pha. et scri. di. qz hic pec. re. et mā. cū illis. **GRE.**  
in home. et qua re colligitur quia vera iustitia compassiōne cum habet falsa dēdignatiōē  
qz quis et iusti soleant recte peccato: ibus indigñari. sed aliud est quod agitur typō supbie:  
aliud quod zelo disciplie: quia iusti et si foris  
increpationes p disciplinaz exaggrerant: itus  
tamen dulcedinem per charitatem seruant.  
Preponunt sibi in animo ipsos plerūqz qz  
corrigunt quod agentes p disciplinam subditos et per humilitatem custodiūt sc̄mclipsos.  
At contra hi qui de falsa iusticia superbire solent: ceteros quoqz despiciunt: nulla infirmā  
tibus misericordia condescendit. Ex quo se  
peccatores esse nō credit: co deters peccato  
res fiunt: de quorum numero pharisei erant:  
qui diuidantes dominum qz peccatores su  
sciperet arēti corde ipsum fontem misericor  
die reprehendebant. Sed quia egri erant ita  
ut egros se esse nesciret quatenus quod erāt  
agnoscerent: celestis medicus blandis eos fo  
mentis curat. Sequitur enim: Et ait ad illos  
parabolam istam dicens: Quis ex vobis ho  
mo: similitudinem dedit: quaz in se homo re  
cognosceret: et tamē ad auctorem hominū p  
tineret. quia enī centenarius perfectus ē nu  
merus: ipse cētum oues habuit cum sanctoz  
angelorum et hominū naturam possedit. vnde  
de subdit: Qui habet cētū oues. **CIRY.**  
Hinc percipe latitudinē regni saluatoris no  
stri. Dicit enim oues esse cētum: referēs nu  
merum subiectarum sibi rationalium natura  
rum ad integrā multitudinem. Est enī cen  
tenarius numerus perfectus ex decem deca  
dibus constitutus. Sed ex his vna oberrauit  
. s. gen⁹ humanū quod terrā colit. **AMB.**  
Divis pastor cuius nos omnes cētēsima por  
tio sumus. vnde sequitur: Eisi p̄diderit vna  
et illis. **GRE.** Vna ouis tunc perit: quan  
do peccādo homo pascua vite reliquit. In de  
ferta autem nonagintanovem remanserāt: qz  
rationalis creature numerus: angelorum vi  
dilect et hominum qui ad vidēdum deū con  
dita fuerat: pereunte homine erat immunit⁹.  
vnde sequitur: Nonne diuinit̄ nonagitano

uem in deserto. quia. s. angelorum choros re  
liquit in celo. Tunc autem homo celum deser  
uit: cum peccauit. Et vt perfecta summa om̄i  
integraretur i celo: homo perditus querebat i  
terra. vnde sequitur: Et vadit ad illā que pe  
rierat donec inueniat illam. **CIRYL.** Nū  
quid autē seniēs in reliquias motus est pietate  
vnū: nequaqz. Sunt enī ille in tuto circūse  
piente illas potentissima dextera: sed magis  
oponebat misereri percuntis: ne imperfecta  
videre residua multitudo. Vna enī reducta  
sortitur cētēnarius propriam speciem. **AV**.  
**GV.** de que. euan. Vnde illas nonagintano  
uem dirit quas reliquit i deserto superbos si  
gnificās tanqz solicitudinē gerētes in animo  
dum solo se videri volunt: quibus ad perfe  
ctionem vnitatis deest. cum enī quisqz a ve  
ra vnitate diuellitur: supbe diuellit: sic qz  
pe potestatis esse cupiens: nō sequit̄ vnu qz  
est dēns. vni autem deputat oēs p pniam re  
conciliatos que humilitate obtineat. **GRE**.  
nisenus: Cum autem pastor inuenisset oue:z:  
nō puniuit. Non duxit ad gregem vrgendo:  
sed superponens humero et portans clemen  
ter annumerauit gregi. vnde sequitur: Et cū  
inenerit ouem imponit in humeros suos gau  
dens. **GRE.** in home. O uem humeris su  
is unposuit: quia humanam naturam suscipi  
ens peccata nostra ipse portauit. Inuenta qu  
tem oue ad domum redit: quia pastor noster  
reparato homine ad regnum celeste redijt. vnu  
sequitur: Et veniens domum conuocat ami  
cos et vicinos dicens illis: Longratulamini  
mibi quia inueni ouem meam que perierat  
Amicos et vicinos vocat angelorum choros  
quia amici eius sunt: quia voluntatem ei⁹ con  
tinue in sua stabilitate custodiunt. Vicini qz  
eius sunt: quia claritatem visionis illius sua  
affiditate perfruuntur. **THEO.** Super  
ne igitur virtutes oues dicuntur in eo qz ois  
natura creata aspectu dei bestialis ē. In eo qz  
rationalis ē: amici et vicini dicūt. **GRE.**  
in ho. Et notandum qz non dicit: Longratu  
lamini inuente oue: sed alibi: quia videlicet  
eius est gaudium vita nostra: et cum nos ad  
celum reducimur: solēnitatez leticie illius im  
plenus. **AM.** Angeli autem quoniam sūt  
rationabiles: non uniuerto hominū redē  
ptione letantur. vnde sequitur. Dico vobis  
qz ita gaudium erit in celo super vno pecca  
E

tore penitentiam agente q̄ supra nonaginta nouem iustis qui non idiget penitentia. Hoc proficiat ad incentiuia probitatis: si unusquisque conuersionem suam gratam fore credat ceteris angelorum: aut quorum affectare patrocinium aut vereri debet offendam. G.R.E. in ho. Idius aut de couerfe. peccatoribus q̄ de stantibus iustis in celo gaudium esse fateur: quia plerique hi qui nullis se oppressos peccatorum molibus sciunt stant quidem in via iusticie: sed tamen ad celestem patriam ante non anhelant: et plerique pigri remanent ad exercenda bona p̄cipua: quia securi sibi sunt q̄ nulla commiserint mala grauiora. At contra non nunquam hi qui se aliqua illicita egisse meminerunt: ex ipso suo dolore cōpuncti ad amorem dei inardescunt. Et quia errasse se a deo considerant dāna precedentia lucris sequentib⁹ recompensant. Huius ergo gaudium sit in celo quia et dur in prelio plus cum inilitate diligit: qui post fugam reuersus hostem fortiter premis: q̄ cum qui nunquam terga percibuit et nū q̄ aliquid fortiter fecit. Sic agricola illa amplius terram amat: q̄ post spinas uberes fructus profert: q̄ eam que nunquam spinas habuit: et nunquam fertilem messem producit. Sed iter hec sciendum est: quia sunt plerique iusti in quorum vita tantum est gaudium: ut eis quelibet peccatorum penitentia preponi nullaten⁹ possit: Hinc ergo colligendum quantū deo gaudium faciat quando humiliter plangit iustus: sibi facit in celo gaudium: quando hoc quod male gessit per penitentiam dānat iniustus.

**C**Aut que mulier habēs dragmas decem: si perdiderit dragmam unam: nonne accedit lucernam et cūrrit dominū et querit diligenter: donec huiusmat. Et cum inuenierit: conuocat amicas et vicinas dicens. Longratulamini mihi: quia iueni dragmā quā pdiderā. Ita dico vobis: gaudium erit corā angelis dei super uno peccatore penitentiam agentem.

**CIRYL.** Idcirco precedentē parabolam in q̄ genus humanum dicebatur omnis erratica: docebam: ut nos fore creatura sublimis dei ḡ faciat nos et non ipsi nos cuius pascue oues sumus: subiungitur secunda parabola: qua ge-

nus humanū cōparat dragme q̄ periret. Idcirco quam ostendit nos ad similitudinem et imaginem regiam factos esse. scilicet summi dei. Nam dragma nūmus est impressam habens regiam figuram. unde dicitur: Aut que mulier hūs decem dragmas. G.R.E. in home. Qui significatur per pastorem: ipse per mulierem: ipse enim deus: ipse et dei sapientia. Angelo ruin autem et hominū naturā ad cognoscendū se dominus condidit: et ad similitudinem suā creavit. Decem ergo dragmas hūs: q̄ noue sunt chori angelorum: sed ut completeret electorum numerus: homo decimus est creatus. AVG. de quicunq̄. Vnde in nouem dragmis sicut et in nonaginta nouem ouibus ponit eorum significationē qui de se presumētes: peccatoribus ad salutem redeuntibus se preponunt. unum enim deest a nouē ut decebat sint: et a nonaginta nouem ut centum sint: cui vni deputat omnes per penitentiam reconciliatos. G.R.E. in ho. Et quia imago exprimit in dragma: mulier dragmam perdidit: quādo homo qui conditus ad imagoē dei fuerat: percedendo a similitudine sui cōditoris recessit. Et hoc est quod subditur. Si perdidit dragmam unam nonne accedit lucernam. Accedit mulier lucernam quia dei sapientia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumen in testa est: lumen vero in testa est diuinitas in carne. accessa aut lucerna. Sequitur: Et cūrrit dominū. quia scilicet amor ut eius diuinitas per carnē claruit: omni se nostra conscientia concussit: quod cūrserio sermo non discrepat in eo q̄ in alijs codicibus legitur emundat: quia prava mēs si non prius p̄ timore cūrrit: ab asuetis vietijs non mundat. cūrsera aut domino: iuenitur dragma. Sequitur enim: Et querit diligenter donec iueniat. q̄z scilicet cum perturbatur conscientia hominis: reparat in homine similitudo conditoris. G.R.E. nazarenus: Inuenta autem dragma: celestes virtutes facit participes gaudiū: quas ministras dispensationis fecit. unde sequitur: Et cum inuenierit conuocat amicas et vicinas dicens: Longratulamini mihi quia iueni dragmā quā perdiderā. G.R.E. in home. Superne enim virtutes latto diuine sapientie iuxta sūt: q̄z ei per gratiam p̄tinue visionis appropinquat. THEO. Vnde amicis sūt ut exquentes voluntate ipsius: vicine vero ut icorporee vel foris amice ipsius sūt eis

superne virtutes: vicine vero sunt propiniores. s. throni cherubim et seraphim. GRE. nescius. Vel aliter hoc reor dominum nobis proponere i inquisitione perdite dragme quia nulla nobis a ceteris virtutibus utilitas, puenit quas dragmas vocat: quia psto sunt oes una sola deficiente anime viduate: qua s. diuinus similitudinis nitore sonitur. propter qd pumo quidem iubet lucernam accendere. s. verbum dicitur quod abscondita patefacit. Vel forsan penitentie lampadem: sed in domo propria. i. in seipso et in sua conscientia opere perquirere dragmam perditam. i. regis imaginem: que non penitus deperit: sed est tecta sub simo qui significat carnis contagia: qd studiose abstergit. i. dilutis per soleritiam vite elucescit quod queritur unde oportet ipsam que venit gratulari. necnon ad participia gaudij vocare vicinas. i. contubernales virtutes id est rationabilem et concupiscibilem et innumera iracundie affectum. Et sique sint tales vires circa animam considerate: quas docet gaudere in domino: deinde concludens parabolam subdit: Ita dico vobis: gaudium erit angelis super uno peccatore penitentiā agente. GRE. in ho. Iudicantiam agere est preterita mala plangere: et plangenda non perpetuare. nam qui sic alia deploret: vt tamen alia committat: adhuc pñiam agere aut ignorat aut dissimulat. Logitandum est etiam vt per hoc conditoris suo satisfaciat: vt qui commisit prohibita sibi: abscondere debeat etiam concessa et se reprehendant in minimis: qui se meminit in maximis delinquisse.



### C Dominica quarta. Luce. vi. capi.

Stote misericordes sicut et pater vester misericors est. CIRYL. Magnum est ergo preconium pictaris. reddit. n. hec virtus nos deo cōfides: et quasi quedam signa sublimis nature nostris imprimunt animabus. unde dicitur: Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. ATHA. Ut scilicet aspicientes beneficia eius bona que facimus non homini sed eius intuitu faciamus quatenus a deo non ab hominibus premia cōsequamur.

248  
**C** Molite indicare et non indicabimini. Molite condemnare et non condemnabimini. Dimittite: et dimittemini. Date et dabitur vobis. Mēnsuram bonam et confertam et coagitatam et superfluentem dabunt in finum vestrum. Eadem quippe mensura qua mēsi fueritis remetietur vobis.

AMBRO. Addidit dominus non temere iudicandum: ne cui conscius ipse delicti in alterum cogaris ferre sententiaz. unde dicit: Noli iudi. CHRYS. Non iudices precedentes te id est qui discipulus es magistrū: peccator innocentem: quos non oportet increpare sed monere. et charitatiue corrugere. nec etiam iudicandum est i iheris et qualibuscumque nec similitudinem habent peccati: aut que non sunt grauius siue prohibita. CIRYL. Sedat ergo hec pessimam passionem nostrarum conscientiarum contemptus principum. quis enim deceat aliquos se circūspicere et finem decum cōversari: hoc non faciūt. sed examinat aut aliena. Etsi videant aliquos infirmari: tanq; propriarum passionum oblitū faciunt hic detractionis materia. CHRYS. Nec facile repries quēcumque neq; patrē familias neq; claustralem expertem huius erroris. Sunt autem et bediabolice iētationis iſidie: nam qui scuere disscutit aliena: nūq; propriū reatum merebitur veniam. unde sequit: Et non iudicabimini. Sicut. n. pius et mitis reprimit peccatorū timore sic severus et dirus adiicit criminib; propriejs.

GRE. nescius: Nō igitur cū acrimonia p̄cipitatis i seruos sc̄ētiam: ne similia patiamini: vocat. n. iudicium asperiorē damnationem. vñ sequit: Noli. cōdē. et nō cōdē. Non enim iudicium cū venia prohibet. BEDA. Breui autem sc̄ētia cuncta que de conuersatione cum inimicis mandauerat: comprehendendo concludit dicens. Dimitti. et dimitte. vobis. Da. et dabi. vobis. Obi dimittere nos iniurias et dare beneficia iubet: vt et nobis peccata dimittentur et vita detur eterna.

CIRYLS. q; autem ampliori manu recompensationem accipiemus a deo qui largiflue donat diligentibus cum ostendit subdens: Mēnsuram bonam et confertam et coagitatam: et superfluentem dabūt in finum vestrum

**THEO.** q.d. Sicut si farinam sine parci-  
tate mensurare velles conserres eam coagita-  
res: et supererfunderes abunde: sic dominus  
mensuram magnam: et supererfluentem da-  
bit in finum vestrum. **A V G V.** De con-  
cuan. Dicit autem: Dabunt. qd per illorum me-  
rita quibus vel calicem aque frigide in nomi-  
ne discipuli dederunt: mercedem celestem reci-  
pere merebuntur. Sequitur: Eadem quip-  
men. qua men. fue. re. vobis. **B A S I.** Qua-  
enam mensura unusquisque vestrum mensu-  
rat in bene operando aut peccando: eadē vel  
premia vel penas feret. **THEO.** Interro-  
gabit autem fortassis aliquis subtilius: Si. n.  
superfluenter redditur: quomodo eadem est  
mensura? Ad quod dicimus qd non dirit: In  
tanta mensura remittetur vobis: sed in eadē.  
Qui enim bene fecit bene fieri ei: quod est re-  
mittiri eadem mensura. Sed supererfluentes  
mensuram dicit: quia nullies beneficet ei: et in  
iudicando. Qui enim iudicat: et deinde iudi-  
catur: accipit eandem mensuram. Si vero qd  
ad plus diuidicabatur: quia sibi similem iudi-  
cavit: si hoc supererflens est mensura. **C I**  
**R Y L.** Hoc autem soluit apostolus dicens:  
Qui parce seminat: hoc ē modice et manu te-  
naci: parce et metet hoc est non copiose. et qui  
seminat in benedictionibus in benedictioni-  
bus metet: hoc est copiose. Si quis autem nō  
habet si non faciet: non delinquit in eo enim  
qd habet acceptatur non in eo quo caret.

**C** Dicebat autem illis et similitudi-  
nem: Nunquid potest cecus cecum du-  
cere? Nonne ambo in foueam cadunt?  
Non est discipulus supra magistrum?  
perfectus autem omnis erit: si sit sicut  
magister eius. Quid autem vides festu-  
cam in oculo fratris tui: trabem autem  
que in oculo tuo est non consideras?  
Eius quomodo potes dicere fratri tuo  
Frater sine ejciam festucam de oculo  
tuo: ipse in oculo tuo trabem non vi-  
des? Hypochrita ejce primum trabē  
de oculo tuo: et tunc perspicies ut edu-  
cas festucam de oculo fratris tui.

**C I R Y L.** Addidit dominus predictis pa-  
rabolā valde necessariā. vnde dicitur: Dice.

au. il. et simili. Erant. n. ei⁹ discipuli futuri mā  
di doctores: vñ docebat eos scire viam con-  
sationis honeste quasi illustrata mentē h̄ites  
divino fulgore ne ceci cecos duceret. et iō sub-  
dit: Mungd po. ce. ce. duce. nonne am. in fo-  
cadunt? Et si contingat aliquos hoc attingere:  
ut equalem virtutem docentium virtute pos-  
sident fiant in mensura docentium et illos  
sequantur vestigia. vnde sequitur: Nō ē dis-  
supra ma. perfec. au. om. erit. s. discipulus si-  
sit sicut magister eius: Unde et paulus dicit:  
Imitatores mei estote sicut et ego christi: chro-  
sto ergo nō iudicante curru iudicas: neqz. n.  
venit iudicare mundum: sed misereri.  
**THEO.** Vel aliter: Si tu alium iudicas:  
et ipse in eisdeꝝ peccas: non ne assimilaris ce-  
co cecum ducenti: quomodo enim ille a te du-  
cetur ad bonum: cuꝝ et tu peccas. Non est. n.  
discipulus supra magistrum? Si igitur pec-  
cas qui te magistrum: et ductorem putas: vbi  
erit qui a te disciplinatur et ducit? Perfectus  
enī erit discipulus: si sit sicut magister eius.  
**B E D A.** Vel sensus huius sententie p̄det  
ex superioribus: vbi dāda elemosyna et iniu-  
ria dimittenda precipitur. Si te inquit ira cō-  
tra violentum et contra petentem avaricia ce-  
cauerit; nunquid tu mente vitiata vitium ei⁹  
curare poteris. Sic etiam magister christus qd  
quasi deus potuit suas vlcisci iniurias: malu-  
it persecutores patiendo reddere imitatores: ea-  
dem necesse est qd discipuli qui puri homines  
sunt regulam perfectionis sequantur. **A V**  
**G V.** de. q. evan. Vel quod dicit. Mungd  
potest cecus cecum ducere. idco subiunru: vt  
non sperarent a levitis se accepturos mensu-  
ram illam de qua dixit. Dabunt in finum ve-  
strū. qm̄ decimas dabat eis quos cecos dixit:  
qd euangelium non tenrent ut illā remunerati-  
nem p̄ discipulos dñi potius plebs inciperet  
iam sperare quos imitatores suos volens osi-  
dere addidit. Non est discipulus supra magi-  
strū. **THEO.** Inducit autē dñs et alia para-  
bolā d̄ eodē subdēs: Quid autē vides festucā  
. i. modicū criminis i oculo fratris tui: Tra-  
bē autē qd in oculo tuo ē tē. i. peccatum tuū mar-  
mū nō consideras. **B E D A.** Hoc autē ad su-  
periorē sensum respicit: vbi cecuz a ceco duci  
. i. peccatē a peccatore castigari nō possit pmo-  
nuit. vñ dñ: Aut quō potes dicere fratri tuo:  
Frater sine ejciam festucā de oculo tuo: ipse i

219

oculo tuo trabē nō vidēs. CIRYL. q. d.  
Qui graibus obnoxius est peccatis que tra  
hem vocat: qualiter dānat eum qui pauca vel  
quādoqz nil mali cōmisit: hoc enim festuca fi  
gnificat. THEO. Eōuenit autem hoc oī/  
bus & maxime doctoribus qui subditorū cum  
minima peccata puniāt: propria impunita re  
linquunt propter hoc eos dominus hypochri/  
tas vocat: qui ex hoc aliorum peccata iudicāt  
vniuersi videantur. vnde sequitur: Hypochri/  
ta eiōce primum tra. de oculo tuo: & tunc p̄spī.  
vt edū. festu. de oculo fratrī tui. CIRY.  
Videlicet seipsum p̄imum mundum ostendit  
a magnis peccatis: consequēter cōsules  
proximo modica cōfītēti. BASI. Videtur  
enim renēra cognitio suip̄ius gravissimum  
omnium neqz enim solus oculus exteriora vi  
dens super se visu nō vtitur sed & ipse noster  
intellectus cum alienum velociter coniectat pcc  
atum: lentus est erga propriorum perceptio  
num defectum.

## Dominica quinta. Luce. v. capi.

 Am turbe irruerent in  
iesum vt audirent verbuī  
dei: & ipse stabat secus sta  
gnūm: genezareth. Et vi  
dit duas naues stantes se  
cis stagnūm: p̄scatores autem descen  
derant & lauabant rhetia. Ascendens  
autem in vnam nauim que erat simo  
nis rogamit eum a terra reducere pusil  
lum. Et sedēs docebat de nauicula tur  
bas.

AM. Obi dominus impiuit multis varia  
genera sanitatum: nec tempore nec loco cepit  
a studio sanandi turba cobiberi. vespera in  
cubitu: sequebantur: stagnum occurrit & tur  
be v̄gebant: vnde dicitur: Cum turbe irrue  
rent in eum. CIRY. Erant enim ei con  
neci diligentes eum & mirantes: senere cupie  
tes. Quid enim discessisset dum huiusmodi  
miracula faciebat: qui voluisse solam prospī  
cere faciem & os talia loquens: neqz. n. i agē  
do miracula solum admirabilis erat: sed vi  
sus eius abundabat plurima gratia. vnde et

loquentem eum audiunt in silentio: seriē lo  
cationis non irrumpentes. dicitur enim. Ut  
audirent verbum dei: & ipse stabat secus sta  
gnūm genezareth. BEDA. Stagnūm ge  
nezareth idem dicunt esse quod mare galilee  
vel mare tyberiadis. sed mare galilee ab adia  
cente prouicia dicit: mare aut̄ tyberiadis a p  
rima ciuitate. Idoro genezareth a laci ipsius  
natura: que crispātib⁹ ags de scipso sibi exer  
citare atra perhibet grecō vocabulo quasi ge  
nerās sibi auram dicit. neqz enī in stagni mo  
rem sternit aqua: sed frequētibus auris spirā  
tibus agitatur: hausto dulcis & ad potādū ha  
bilis. Sed hebrei lingue cōsuetudine oīs aq  
rum cōgregatio siue dulcis siue salse mare nū  
cupat. THE. Fugit aut̄ dñs gl̄ia; q̄stoma  
gis ipsa cum sequebāt: & ideo a turbis se se  
parans ascendit in nauem: Et vidit dñ. na  
stantes secus sta. p̄sca. au. descē. & laua. rhe  
tia. CIRY. Quod signum erat vacatio  
nis. Secundum vero mattheum iherit eos re  
ficientes rhetia: tantus enim erat paupertatis  
excessus: vt laniata repararet: noua nequeun  
tes habere: volens aut̄ diligenter congregare  
spectaculuī: vt nemo remaneret post tergum:  
sed omnes facie ad faciē cerneret: ascendit in  
nauem. vnde dicitur: Ascen. au. i vna na. q̄  
erat simo. roga. eum a ter. reduce. pusillum.  
THEO. Vide aut̄ christi mansuetudinēz:  
quomodo rogar petrum: & petri obediētiam:  
quomodo i oībus fuit obediēs. CIRY.  
SO. Postqz vero multa p̄gerat miracula  
iterum doctrinam pponit: & existens in mari  
piscatur existētes i terra. vñ sequit: Et sedēs  
do. tur. de nauicula. GRE. Mazanzenus:  
Lunctis cōdescēdēs vt a profundis extrahat  
piscē: hominē. s. natantem i mobilibus reb⁹  
& amaris huius vite p̄cellis. BEDA. Mys  
tice autem due naues circūcisionē & preputiū  
figurāt: quas videt dñs: quia in vtroqz popu  
lo nouit qui sunt eius: & ad future vite trāglli  
tatem quasi ad littus videndo: hoc est miseri  
corditer visitando prouebit. Id p̄scatores sunt  
ecclesie doctores: qui nos p̄ rhetē fidei cōpre  
hendunt: & quasi littori sic terre viuētium ad  
uehūt. Sed hec rhetia modo larātur i captu  
ram modo lota plicātur: quia non omne tem  
pus est habile doctrine: sed nūc exercēda ē lin  
gua doctoris: & nūc suimet cura gerēda. Ma  
uis simonis est ecclesia p̄imitua de qua pau  
D iiij

Ius dicit: Qui operatus est petro i apostola/ tum circucisionis. benc vna dicta quia multi/ tudinis credentium erat cor vnuz t aia vna.

AVGV. De con. euan. De qua docebat turbas: qd de auctoritate ecclesie docet getes. qd autem dominus ascendens i nauim roga t cum a terra reducere pusillum: significat tem perate vtendum verbo ad turbas: vt nec ter renas cis precipiantur: nec a terrenis in profu da sacramento: um recedatur. Vcl prius i p/ xumis regionibus gentibus predicanduz: vt quod postea dicit: Dic in altum ad remotio res gentes postea predicandum precipiat.

C' Ut cessauit autem loquii dixit ad simonem: Dic in altum: t laxate rhe tra vestra in capturam. Et respondes simon dixit illi: Preceptor: per totam nocte laborantes nihil cepimus: i ver bo autem tuo laxabo rhet. Et cu hoc fecisset: concluserunt piscium multitu dincm copiosam. Rumpabantur autem rhetia eorum. Et annuerunt socijs qui erant in alia nau: vt venirent t adiuua rent eos. Et venerunt t impluerunt abas nauiculas ita vt pene mergerent. CIRYL. Idostq sufficienter populu do cecrat: regreditur uerum ad magnificetias p/ prias t per piscatoria ministeria piscatur discipulos. vnde sequitur: De au. cessa. loqui: dicit ad simonem: duc in altum: t laxate rhe. ve. in capturam. CHRYS. Condescendes enim hominibus sicut magos p fidus vocavit; sic t piscatores per piscatoriam artem.

THEO. Idetrus autem no distulit. vnde sequitur: Et rni. simon di. illi. Prece. per io. no. labo. ni. cepimus. Non aut addidit: No te audiam: nec secundis laboribus me expo na: sed magis subdidit: In verbo autem tuo laxabo rhet. Quia vero turbam de nauicula dñs instruerat: no sine mercede nauicule dominuz dereliquit: dupliciter beneficians ipz: quia primo dedit ei multitudinem pisciu: t deinde discipulum ipsum fecit. vnde sequit: Et cum hoc fecis. coeli. pif. mul. copiosam. Tot autem pisces cepit: vt non posset eos foras edu

cere: sed a socijs auxilium peteret. vnde sequitur: Kupe. au. rhet. eo. t annue. so. q erant i alia nau: vt veni. t adiu. eos. Idetr nū ipso vocat: quia ex stupore propter capturam p/ scium loqui non poterant. t sequitur de eo p/ auxilio cum dicitur: Et vene. t imple. am. na ui. ita vt pene mergerentur. AVGV. De con. euan. Joannes quidez videtur simile mi raculum dicere: sed illud longe aliud ē quod factum est post resurrectionem dñi ad mare ty beriadis: ibi enim non solum ipsum tempus valde diversum est: sed etiam res ipsa pluri munis distat. nam rhetia illuc in dexteram partem missa: centum quinquaginta tres pisces ceperunt: magnos quidem: sed pertinuit ad euangelistam dicere: qd cum tam imagini eēt rhetia non sunt disrupta. respicientem scilicet ad hoc factum qd lucas cōmemorat: vbi pre multitudine piscium rhetia rumpabantur.

AMBRO. Adystice autem nauis petri b/ mattheum fluctuat: sicut lucam repletur piscibus: vt t principia ecclesie fluctuantis: t posterior a exuberantis agnoscas. Non turbatur ista que petrum habet turbatur illa que udam habet in utraqz petrus: sed qui suis meritis firmus est: turbatur alienis. Laucamus igitur proditorem: vt per vnum plurimi flu ciemus. Illic turbatio vbi modica fides: hic securitas vbi perfecta dilectio. desuqz t si alijs imperatur vt laxent rhetia sua soli tamen p/ tro dicitur: Dic in altum: hoc est in profundi disputationum. Quid est tam altum qd scire dei filium: Que sunt autem apostoloruz que laxari iubentur rhetia: nisi verborum comple xiones: t quasi quidam orationis finis t disputationum recessus: qui eos quos ceperint non amittant. Et bene apostolica instrumenta piscandi rhetia sunt: que non captos perimunt sed reseruant: t fluctuantes de insulis ad superna transducunt. Dicit autem: Preceptor per totam noctem laborantes nihil ce pimus. quia non hoc humane facundie op: sed superne vocationis est munus. Qui autem nihil ante ceperant: magna in verbo domini concludunt piscium multitudinem. CIRYL. Hoc autem fuit figura futuri: no. n. incassum laborabunt euanglice doctrine rhe te tendentes: sed greges gentium aggrega

bunt. **AVGV.** De con. euan. q̄ aut̄ rhe/  
tia rumpabantur piscium copia & nauicule i/  
plete sunt: ita ut pene mergerentur: significat  
hominiū carnaliū multitudinē tam su/  
turam in ecclesiā ut etiam disruptione pacis &  
heres & scismata scinderentur. **BEDA.**  
Rumpitur autem rhetē: sed non labitur pi/  
scis: quia suos dominus inter persequentiū  
scandala scruat. **AMB.** Alia autem nauis  
est iudea: ex qua iohannes & iacobus eligunt.  
Hi igitur de synagoga ad nauim petri: hoc  
est ad ecclesiam conuenerunt ut impletent am/  
bas nauiculas: omnes enim in nomine iesu  
genu flectunt: siue iudeus siue grecus. **BE/  
DA.** Hec alia nauis est ecclesia gentium: q̄  
et ipsa una nauicula non sufficiens piscibus  
impletur electis: Quia nouit dominus q̄ sūt  
eius: & apud ipsum certus est suorum nume/  
rus electorum: dumq; tot in iudea credituros  
nō iuenerit quot ad fidem vitāq; predestinatos  
nouit eternam: quasi alterius nauis recepta/  
cula piscibus querens suis. Lorsa quoq; gē/  
tium fidei gratia replet: & bene rupto rheti so/  
cia nauis aduocatur. Quando autem iudas  
proditor: simon magus: ananias & saphira: &  
multi discipulorum abierunt retro: ac deinde  
barnabas & paulus a gentium sunt apostola/  
tu segregati. **AMBRO.** Possumus tñ &  
aliam ecclesiam intelligere nauim alterius:  
ab una enim plures ecclesie derinantur. **CIRYL.**  
Innuit autem socijs ut auxiliarentur  
eis. Multi. n. sequuntur apostolorū labores: &  
prīus illi qui euangeliorum ediderunt scriptu/  
ras post quos alij presides & populorum pa/  
stores: & i deitatis doctrina periti. **BEDA.**  
Marum autem impletio nauium in fines se/  
culi crescit: sed q̄ implete merguntur: hoc est  
in submersione premuntur: non enim sūt sub/  
mersi sed periclitate. Apostolus exponit di/  
cens: In nouissimis diebus erūt tempora pe/  
riculosa: & erunt homines se ipsos amantes:  
& cetera. nam mergi naues est homines in se/  
culo ex quo electi per fidem fuerant morum  
prudentiae relabi.

**C**Quod cum videret simon petrus  
procidit ad genua iesu dicēs: Ex a me  
domine: quia homo peccator sum. **Stu/  
po;** enim circundederat eum: & omnes

qui cum illo erant in captura piscium  
quam ceperant. Similiter autem iaco/  
bum & iohannem filios zebedei: qui erāt  
socij simonis. Et ait ad simonez iesu:  
Noli timere: ex hoc iam homines eris  
capiens. Et subductis ad terram nauis  
relictis omnibus secuti sunt eum.  
**AMBROSI.** Admirabatur petrus do/  
na diuina: & quo plus metuerat presumebat  
magis. unde dicitur: Quod cum videret si/  
mon petrus procidit ad genua iesu dicens.  
Ex a me domine: quia homo peccator sum.  
**CIRYLVS.** Reducens enim ad con/  
scientiam patrata delicta: tremit & trepidat et  
velut immundus mundus non credat se pos/  
se suscipere: accepserat enim a lege distinguen/  
dum esse inter maculatum & sanctū. **GRE/  
GO.** misericordia. Cum enim mandasset de/  
mergere rhetia: tota copia piscium capta ē: q̄  
tum ipse maris dominus & terre veluerat.  
Vox enim verbi semper est vox virtutis: cu/  
ius preceptio in origine mudi lux & cetere crea/  
ture prodibant. In his admiratur petrus. vn/  
de sequitur: Stupor enim circundederat euz:  
& omnes qui cum illo erant in captura piscium  
quam ceperant. similiter autem iacobum & io/  
annez filios zebedei qui erant socij simonis.  
**AVGV.** De con. euan. Andream non  
nominat: qui tamen intelligitur in ea naui fu/  
isse secundum matthei & marci narrationem.  
Sed & ait ad simonem iesu: Noli timere.  
**AMBROSI.** Dic & tu: Ex a me domi/  
ne: quia peccator sum. ut respondeat deus.  
Noli timere. Indulgenti domino peccatum  
fatere. Vides q̄ bonus dominus qui tan/  
tum tribuit hominibus: ut vivificandi habe/  
ant potestatem. unde sequitur: Ex hoc iam  
homines eris capiens. **BEDA.** Hoc  
ad ipsum petrum specialiter pertinet. expo/  
nit enim ei dominus quid hec captura pisci/  
um significet: q̄ scilicet ipse sicut nunc p̄ rhe/  
tia pisces: sic aliquando per verba fit captiu/  
rus homines: totusq; facti huius ordo quid  
in ecclesiā cuius ipse typum tenet quotidie ge/  
ratur ostendit. **CHRYSOSTO/  
MVS.** Considera autem eorum fidem &  
obedientiam habentes enim opus pre manu  
E iiiij

bus appetibilis pescationis cu<sup>z</sup> audissent mā  
dantem non distulerunt: sed relictis omnib<sup>9</sup>  
sequebantur. Talem enim obedientiam reg/  
rit a nobis christus: vt eam non pretermitta/  
mus: etiam si aliquid valde necessarium vr/  
geat. Vnde t sequitur: Et subductis ad ter/  
ram nauibus relic. om. secu. sunt eum. AV  
GV. de cō. euan. Matthēus t marcus bīc  
uiter hoc perstringunt: quemadmodum geslū  
fi quod lucas hic apertius explicauit. Hoc  
tamen videtur distare q̄ tñ petro a domino  
dictum commemorat: Ex hoc iam homines  
eris captiōs: quod illi ambobus fratribus di/  
ctum esse narrauerunt. Sed potuit vtiq; pu/  
us hoc petro dici: cum de capta ingenti mul/  
titudine piscium miraretur: quod lucas insi/  
nuavit ambobus postea: quod illi duo com/  
memorauerunt, vel intelligendum est hoc pri/  
mo fuisse factum quod lucas commemorat:  
nec tunc eos a domino vocatos: sed tantum  
fuisse predictum petro: q̄ homines esset ca/  
pturus: non autem q̄ nundq̄ pisces esset ca/  
pturus: vnde datur locus intelligere eos ad  
captura: n piscium remeasse: vt postea fieret  
quod mattheus t marcus narrant: tunc non  
subductis ad terram nauibus tanq̄ cura re/  
deundi: sed ita cum secuti sunt: tanq̄ vocan/  
tem aut iubentem. Sed si fm ioannem iuxta  
iordanem secuti sunt cum petrus t andreas:  
quomodo ab alijs s euangelistis dicitur q̄ eos  
in galilea pescantes inuenit: t ad discipulatū  
vocauit: nisi q̄ intelligendum est non sic eos  
vidisse dominum iuxta iordanem: vtci inse/  
parabiliter cohererent: sed tñ cognouisse q̄s  
esset: cumq̄ miratos ad propria remeasse.

AMBRO. Mystice autem quos petrus  
in verbo capit: in verbo creditit: negat suam  
predaz: negat suum munus: Exi inquit a me  
domine. Noli timere t tu que tua sunt domi  
no deferrre: quia que sua nobis ille concessit.  
AVGV. De que. euan. Vel aliter ex per  
sona ecclesie carnalibus hominibus plene pe  
trus dicit: Exi a me quia homo peccator su<sup>z</sup>.  
tanq̄ ecclesia turbis carnalium impleta t eo/  
rum moribus pene submersa: regnum spiri/  
tualium in quibus maxime persona christi emi  
ne: a se quodammodo repellit. Non enim hoc  
voce lingue dicunt homines bonis ministris  
dei vt eos a se repellant: sed voce morum t  
actuum suadent a se recedi: ne per bonos mer

ganitur: t eo vehementius quo deferūt eis ho  
norem vt honorificentiam eorum significave  
rū petrus cadēs ad pedes domini: mores au  
tem in eo q̄ dicit: Exi a me. BEDA. Con  
sortat autem dominus timorem carnalium: ne  
quis vel de sua conscientia culpe tremens: vt  
de aliorum innocentia stupens sanctitatis iter  
formidet aggredi. AVGV. De que. cuā.  
Dominus autem dum non recessit ab eis si/  
gnificat in bonis t spiritualibus viris nō cē  
oportere banc voluntatem: vt peccatis turba  
ruin commoti: quo quasi securius tranquilli/  
usq̄ vivant: munus ecclesiasticum deserant.  
q̄ autem subductis ad terram nauibus: reli/  
ctis omnibus secuti sunt eum: potest signifi/  
care finem temporis quo ad huius mundi sa/  
lo: q̄ christo inhacerunt penit<sup>9</sup> recessuri sunt.

## C D o m i n i c a . v i . M a t h e i . v . c a p .



Ifi abundauerit iusticia  
vestra plusq̄ scribarum t  
phariseorum: non intra/  
bitis in regnum celorum.  
Audistis quia dictum ē  
antiquis non occides: qui autēz occide  
rit reus erit iudicio. Ego autem dico  
vobis: quia omnis qui irascitur fratri  
suo: reus erit iudicio. Qui autem dire  
rit fratri suo rachat: reus erit concilio.  
Qui autem dixerit fatue: reus erit ge  
henne ignis.

HILA. Pulcherrimo ingressu opus legis  
cepit excedere aditum in celum: apostolus ni  
si iusticiam phariseorum anteissen: denunci/  
ans non futurum. CHRY. super mattb.  
Iusticiam autēz h̄ dicit vniuersalem virtutē:  
intende autem gratia additamentum. Disci/  
pulos. n. suos adhuc videns: magistris qui i  
veteri testamento erāt vult esse meliores. scri/  
bas autem ac phariseos non dixit iniquos: q̄  
non dirisset eos habere iusticiam. vide etiam  
q̄m hic vetus testamentum confirmat: compa/  
rationem faciens eius ad nouum: plus cuncta  
t minus eiusdem generis est: scribariū aut  
t phariseorum iusticie sunt mandata. moyſ.

221

super impletiones autem illorum mandatorum sunt mandata christi. Hoc est quod dicit: *Misi quis legis mandata et hec mea precepta que ante illos minima exstingebatur unplererit: non intrat in regnum celorum: quoniam illa de pena liberant: que. scilicet transgressoribus legis debetur: non autem in regnum inducunt: hec autem et de pena liberant: et regnum inducunt.* Cum autem sit idem soluere minima mandata et non custodire: quare supra de soluente dicitur quoniam minimus vocabitur in regno dei. hic autem de non conseruante: non introibit in regnum celorum. Sed vide quia minimum esse in regno: idem est et non intrare in regnum. Esse autem aliquem in regno non est regnare cum christo: sed esse tamen in populo christi: tanquam si dicat de soluente quoniam inter christianos quidem erit: tamen minimus christianus. Qui autem intrat in regnum: fit particeps regni cuius christo. Consequenter et iste qui non intrat in regnum celorum: gloriam quidem non habebit cum christo: erit tamen in regnum celorum. i.e. in numero eorum super quos christus celorum rex regnat. AVG. ix. de ciui. dei. Vel aliter: *Misi abundauerit iusticia vestra plusquam scribarum et phariseorum. i.e. super eos qui solunt quod docent: quod de his alibi dictum est: Dicunt enim et non faciunt ac si dicat: Misi ita abundauerit iusticia vestra ut vos non salvatis: sed faciatis potius quod dicatis non intrabitis in regnum celorum.* Alio ergo modo intelligendum est regnum celorum: ubi ambo sunt: et ille. scilicet qui soluit quod docet: et ille qui facit: sed ille minimus: ille magnus: quod quoniam regnum celorum est ecclesia presens. Alio autem modo regnum celorum dicitur: quo non intrat nisi ille qui facit: et hoc est ecclesia: qualis in futuro erit. AVG. contra faustum: Hoc autem nomen: regnum celorum quod tam crebro nominat dominus: nescio utrum in libris veteris testi quisque inueniat: proprie. n. pertinet ad reuelationem noui testamenti: quod originis est noverandum seruabatur quem regem ad regendum seruos suos vetus testamentum prefigurabat. Hic ergo finis quo precepta reuerenda sunt: occultus erat in veteri testamendo: quoniam sicut eum est tunc viuerent sancti: qui futuram reuelationem videbant. GLO. Misi abundauerit. referendus est ad intellectum phariseorum et scribarum: non ad continentiam

veteris testamendi. AVG. contra faustum: Idonee enim omnia que monuit vel precepit dominus: nisi adiungebat: Ego autem dico vobis inueniuntur in illis veteribus libris: sed quod non intelligebant homicidiu nisi permissione corporis humani: aperte dominus oem iniquum motu ad nocendum fratri in homicidiis generare deputari. vñ subdit: Audistis quod dictum est antiquis: non occides. CHR. sup matth: Volens Christus offendere quod ipse deus quod aliquem locutus est in lege: et quod nunc mandat in gratia: illud mandatum quod ponit in lege anno octavo. scilicet prohibitiua que sunt contra principium: et nunc ponit in principio mandatoꝝ suorum. AVG. primo de ciui. dei: Non autem quod audiimus: Non occides: virgultum vellere nefas ducimus: sum manicheorum errorum: nec de irrationalibus animalibus dicimus intelligimus: quod iustissima ordinatio creatoris vita et mors eorum nostris visibius subdit. vñ restat quod de hoste intelligamus: quod dictum est: Non occidens. non alterez: ergo nec te. neque enim quod se occidit: aliud quam hominem occidit. nequaquam aut contra hoc preceptum fecerunt qui auctore deo bella gesserunt ac personam gerentes publice potestatis iustissime ratione: iperio sceleratos morte punierunt. et abraham non solum non est culpatus crudelitatis criminis: verum est laudatus est nove pietatis quod voluit filium obedienter occidere. hi ergo excipiuntur quos deus occidi iubet: siue lege data: siue ad personam pro tempore expressa iussione: non autem ipse occidit: qui ministerium dat iubenti. sicut administrulum gladius viuentis. nec Sampson aliter excusat: quod scipsum cum hostibus ruina domus oppressit: nisi quod latenter spiritus hoc iusserrat: qui per illum miracula faciebat. CHR. in hominibus: Hec hoc autem quod dicit: Dictum est antiquis. ostendit multum ipsi esse: ex quo mandatum hoc accepit. Hoc ergo dicit: ut puocet tardos auditores ad altiora precepta sicut si magister puerum pigritate ad excellenter doctrinam puocas dicat: Multum ipsi consumpsisti in syllabicando. et ideo subdit: Ego autem dico vobis quoniam omnes quod irasci fratris suo reus erit iudicio. In quo considera legislatoris potestatem: nullus enim antiquorum ita locutus est: sed sic: Hec dicit dominus. quia illi ut servi ea que sunt dominum annunciant: hic autem ut filius ea que sunt patris: que etiam sua sunt: et illi conservis predicabant: Hic autem suis servis legem ponbat

**AVG.**.ix. de' ciui. dei: Due quidē sunt sententie philosophorum de animi passionibus: stoicis vero non placet huiusmodi passiones cadere in sapientēs. peripatetici vero has passiones in sapientem cadere dicunt: sed moderatas rationiq; subiectas: sicut cum ita prebeatur misericordia ut iusticia cōscruetur. In disciplina autē christiana non taz queritur vtrū pius animus irascatur aut tristetur: s; vnde. **CHR.Y.** super matth. Qui enim sine causa irascitur reus erit: qui vero cum causa non erit reus. nam si ira non fuerit nec doctrina proficit nec iudicia stant nec crimina compescuntur. Itaq; qui cū causa non irascitur: peccat. patientia enim irrationalis vitia seminat: negligētiā nutrit: t non solum malos sed etiam bonos inuitat ad malum. **HIERO.** In quibusdam ergo codicibus additur. Sine causa. ceterum in veris definita sententia est: t ira penitus tollitur. Si enim iubemur orare pro persequentibus: omnis ire occasio tollitur. irascendum ergo non est sine causa: quia ira viri iusticiam dei non operatur. **CHR.Y.** super matth. Sed tamē iracundia que cum causa est: non est iracundia: sed iudicium. iracundia enim proprie intelligitur commotio passionis: qui autē cū causa irascitur: ira illius non est ex passione: ideo indicare dicitur non irasci. **AVG.** in li. retracta. Illud etiam dicimus intuendum quid sit irasci fratri suo: quoniam non fratri irascitur qui peccato fratris irascitur. Qui ergo fratri non peccato irascitur sine causa irascitur. **AVG.**.xiiij. de cuni. dei: Irasci autē fratri ut corrigatur nullus sanctus reprobendit: huiusmodi enim motus de amore boni t de sancta charitate venientes: vitia dicenda non sunt: cum rectam rationem sequant. **CHR.Y.** super matth. Nudo autem non de iracundia carnis loquitur christus: sed de iracundia anime: caro enim non potest obediere ut non consurberetur. Quando ergo homo irascitur: t non vult facere quod ira compellit: caro eius irata est: animus autem eius non est iratus. **AVG.** Sic ergo in hoc primo est vnum id est ira sola. in secundo autem sunt duo scilicet ira: t vor que iraz signat. vnde sequitur: Qui autem dix. fra. suo ra. re erit conci. Nonnulli de greco trahere voluerunt interpretationem huius vocis: putantes

pannosum dici racha: quoniam grece dicitur pannus rachos. Probabiliter autem non est esse vocem significantez aliquid: sed indignātis animi motum exprimentem. Mas autem voces grammatici interiectiones vocant: vult cum dicitur a dolente heu. **CHR.Y.** in ho. Vel racha est verbum contemptus t parvūpensiōis. Sicut enim nos vel famulis vel iunioribus iniungentes dicimus: Vade tu: dic illi tu: ita t qui syrorum videntur lingua racha dicunt pro tu. Dominus enim t que parvissima sunt euillet: t cuz honore nobis invicem vti iuber. **HIERO.** Vel racha hebieum verbum est: t dicitur manis aut vacuus: quem nos possumus vulgata iniuria absq; cerebro nūcupare. Signanter autē addidit: Qui dixerit fratri suo. If rater enī noster nullus ē: nisi qui cundē nobiscū habet patrem. **CHR.Y.** super matth. Indignum autem dicere hominem vacuum qui habet in se spiritum sanctum. **AVG.** In tertio autem significantur tria: ira: t vor que irā significat: t in voce vituperationis expressio. vnde dicitur: Qui autē dire. fa. re. erit gehen. ignis. **AVG.** Bradus itaq; sunt in istis peccatis primo ut quisquis irascatur: t mollem retineat corde receptum. Jam si extorfit vocem non significantem aliquid: sed animi motum ipsa eruptione testantem plus est q; si ira surgens silentio premecetur. Sed adhuc plus ē si etiam verbum proferatur: quod iam certaz vituperationem designat. **CHR.Y.** super matth. Sicut autem nemo est vacuus qui habet spiritum sanctuz: ita nemo est vacuus qui christum cognoscit. sed si racha idem est quod vacuus: quantum ad sensum verbi vnuz est dicere fatue t racha: sed differunt quantū ad dicentis propositum. racha. n. verbuz vulga re erat apud iudeos: qd non ex ira neq; odio sed ex aliquo motu vano dicebant: magis fiducie causa q; iracundie: sed iracundie causa non dicitur quare peccatum est: quia contentionis. causa dicitur: non edificationis. si. n. nec bonum verbum dicere debemus nisi pro edificatione: quātū magis illud quod in se naturaliter malum est. **AVG.** Vide etiā nāc tres reatus: iudicij: concilij: t gehēne ignis: in quibus quosdam gradus factos admouet a leuioribus ad grauiora. nā in iudicio adhuc defensionis locus datur, ad concilium autem

pertinere videtur sententie prolatione: quando  
 inter se iudices conferunt quo supplicio dam-  
 nari oporteat. in gehenna vero ignis certa ē  
 damnatio: t̄ pena damnati. vnde patet quan-  
 tum interfit inter iusticiam phariseorum t̄ chri-  
 sti. ibi. n. occidentem reūz facit iudicio: hic au-  
 tem ira facit reum iudicio: quod horum triūz  
 est leuissimum: RABA. Behennam hic  
 saluadori inferni cruciatum nominat: quā no-  
 men traxisse putant a valle idolis consecrata:  
 que est iuxta hierusalem repleta olim cadaue-  
 ribus: quam t̄ iofiāz contaminasse in libro re-  
 gum legimus. CHR Y. in bo. Hic autēz  
 primum gehenne nomen posuit: postq̄ in re-  
 gno celorum supradixerat: ostendens q̄ illud  
 dare est ex suo amore: hoc autem ex nostra de-  
 sidia. Multis autem hoc graue videtur: si p̄  
 solo verbo tantam patientem penam: propter  
 quod quidam dicunt hoc hyperbolice dictum  
 esse. Sed timeo ne verbis hic nosmetipsoſ d̄-  
 cipientes: illic opere ultimum patiamur sup-  
 pliū. Non ergo estimes hoc esse onerosūz:  
 plures enim penarum t̄ peccatorūz a verbis  
 habent principium. etenim parua verba mul-  
 totiens homicidium pepererunt: t̄ ciuitates i-  
 legras euerterunt. Nec enim paruum estimes:  
 fratrem stultum vocare: auferens ei pruden-  
 liam t̄ intellectum quo homines sumus t̄ ab  
 irratioabilibus distamus. CHR Y. super  
 matheuz: Vel reus erit concilio. i. vt sit vn̄  
 ex concilio eorum qui aduersus christum fue-  
 rint: sicut apostoli in suis canonibus interpre-  
 tantur. HILA. Vel qui spiritus sancto ple-  
 num conuictio vacuitatis insinuat: sit reus cō-  
 cilio sanctorum: contumeliam spiritus sancti san-  
 ctorum iudicium animaduersione luiturus.  
 AVG. Quisquis autem dixerit: quo gra-  
 uiori supplicio punitur homicidium: si gehe-  
 naignis punitur conuictum: cogit intelligi cē  
 differentiam gehennarum. CHR Y. i bo.  
 Vel iudicium t̄ concilium sunt pene in pre-  
 senti: gehenna autem pena futura. Ideo autē  
 ire iudicium apposuit: vt ostendat q̄ non est  
 possibile hominem totaliter esse sine passioni  
 bus: sed refrenare eas possibile est: t̄ propte-  
 rea determinatam penam non apposuit ne vi-  
 deretur totaliter iram prohibere. Concilium  
 autem posuit nunc pro iudicio iudeoz: ne vi-  
 deatur semper noua inducere. AVG. In

istis autem tribus sententijs subauditio ver-  
 borum intuenda est. habet enim prima sentē-  
 tia omnia verba necessaria: vt nihil subauditia  
 tur. Qui irascitur iniqui fratri: sine causa fin  
 quosdam. In secunda vero cum ait: Qui au-  
 tem dixerit fratri suo racha. subauditur sine  
 causa: nam in tertia vt ait: Qui autem dixerit  
 fatue: duo subaudiuntur: fratri suo t̄ sine cau-  
 sa. t̄ hoc est vnde defenditur q̄ apostolus ga-  
 latas vocat stulos: quos etiāz fratres nomi-  
 nat. non enim id facit sine causa.

**C** Si ergo offeres munus tuum ad al-  
 tare: t̄ ibi recordatus fueris: quia frater  
 tuus habet aliquid aduersum te: recline  
 que ibi munus tuum ante altare: t̄ va-  
 de prius reconciliari fratri tuo: t̄ tunc  
 veniens offeres munus tuum.

**AVG.** Si irasci non est fas fratri: aut di-  
 cere racha: aut fatue: multominus in animo  
 tenere aliquid vt in odiūz indignatio conuer-  
 tatur. t̄ ideo subdit: Si ergo of. mun⁹ tu. ad  
 alta. t̄ ibi recor. fue. quia fra. tu. ha. aliquid ad  
 uersūz te. **HIERO.** Non dixit: Si tu ha-  
 bes aliquid aduersus fratrem tuūz: sed si fra-  
 ter tuus habet aliquid aduersum te: vt durior  
 tibi reconciliationis imponatur necessitas.

**AVG.** Tunc enī ipse habet aduersus nos  
 si nos cum in aliquo lesinus. nāz nos aduer-  
 sus illum habemus: si ille nos lescrit: vbi nō  
 est opus pergere ad reconciliationem. nō enī  
 veniam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuri-  
modis intelligi potest: quia vel timentes posuerunt tumultum: et non inneniebant quid facerent de iesu quem perdere dispositi sunt. vel ideo iesum perdere quererent: quia suo magisterio neglecto plures ad eum audiendum confluere cernebant. GREGORIUS. in ho. 21. Misticum autem sicut templum dei in civitate est: ita in plebe fidei vita religiosorum. Et sepe non nulli religionis habitum sumunt: et dum sacrorum ordinum locum percipiunt: sanctae religionis officium in comitemtum terrene negotiationis trahunt. Videntes quippe in templo sunt qui hoc quod quibusdam iure competit: ad premium largiuntur. Justiam enim vendere est hanc pro premij acceptione fuisse. Ementes vero in templo sunt qui dum habent personalem proximo quod nullum est nolum: dumque rem iure debitam facere contemnunt: dato patronis premio emunt peccatum. ORIEN. Si quis ergo videtur cibietur: et precipue si videtur columbas. Si enim ea que mihi a spiritu sancto sunt revelata et credita: aut in vulgaris precio vendidero: aut absque mercede non do: cuero: quid aliud facio nisi columbam. i. spiritum sanctum vendere? AMBRO. Bene, raliter itaque dominus docet seculares a deo tempore numerarios repulit: qui de pecunia domini. i. scriptura diuina lucrum querunt: nec bona malaque discernunt. GRE. in ho. Qui dominum dei speluncam latronum faciunt: quando peruersti homines locum religionis tenent: ibi malicie sue gladiis occidunt ubi vivificare proximos orationis sue intercessione debuerunt: Templum quoque est ipsa mensidelium: que si in leprosum proximi peruersas cogitationes profert: quasi in spelunca latrones resident. Cum autem mente in fidelium ad accunda mala subtiliter studiat: quotidie veritas in templo docet.

C DOMINICA. xi. LUCE. xviiij. capi.



Igitur iesus ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti et aspernabantur certos parabolam istam: Duo homines ascenderunt in

templum ut orarent: unus phariseus et alter publicanus. Phariseus stans hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: quia non sum sicut ceteri hominū: raptiores: iniusti: adulteri: velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis i sabbato: decimas do omniū que possideo. Et publicanus a longe stans nollebat nec oculos ad celum levare: sed percutiebat pectus suum dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Amen dico vobis descendit hic iustificatus in dominum suum ab illo: quod omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. AVG. de ver. do. Quod fides non est superborum sed humilium: premissis subiecit parabolam de humilitate: et contra superbiam. unde dicitur. Dixit iesus ad quos. qui i se considerabant tanq; iusti et aspernabantur cete. para. istam. THEO. Quia enim superbia plorat alie passiones verae hominum mentes: iōne trebuis de hac monet. Est autem superbia dei contemptus: quotiens enim aliquis non deo: sed sibi ascribit bona que facit: quid est aliud qd dei negatio: causa igitur confidentium in seipsis non autem totum attribuitur deo: sed ob hoc etiam ceteros contemnitum: parabolam proponit: ostendens quod iustitia Christi hominem approximet deo: si tamen assumat superbiam ad infimum deiecit hominem. unde sequitur: Duo. ho. ascen. i temp. ut ora. viii<sup>o</sup> phariseus et alter publicanus. GRECVS. diligentia quidem orationis docuit nos per viduam et iudicem: hic autem per phariseum et publicanum docet nos: quomodo sint ei dirigenda precamina: ne sit infructuosum orationis negotium. Condemnatus est autem phariseus cum incerte oraret. non sequitur. Pharisca est stans hec apud se orabat. THEO. Per hoc quod dicit Stans: elatum eius animus horat: ipso enim habitu superbissimus videatur. BASI. Dicit autem. Apud se orabat quasi non apud deum: quia ad seipsum redibat per peccatum superbie: Sequitur enim. Deus gratias ago tibi. AVG. de ver.

do. Non reprehēditur: quia deo gratias agebat: sed quia nihil sibi addi cupiebat. Ergo iam plenus es: iam abundas. non est quare dicas. Dimitte nobis debita nostra. Quis est igitur qui impie obpugnat gratiam si reprehēditur qui superbe agit gratias? Audiant qui dicunt. Deus me hominem fecit: ego me iustum facio. O peior et detestabilior phariseo qui superbe iustum se dicebat: sed tamen inde gratias deo agebat. THEOPHILVS. Attende autem seriem orationis pharisei. primo namque dirit que ei aberant: deinde subiungit que habebat. Sequitur enim. Quia non sum sicut ceteri hominum: raptiores: iniusti: adulteri. AVGSTI. de ver. do. Dicebat saltem sicut multi homines. Quid est ceteri homines: nisi omnes preter ipsum? Ego inquit iustus sum ceteri peccatores. GREGORIVS. xliij. mola. Quatuor quippe sunt species quibus omnis tumor arrogatum demonstratur: cum bonum aut a semet ipsis habere se estimant: aut si sibi datum de super credunt pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certe cum iactant se habere quod non habent: aut despiciunt ceteris singulariter videri appetunt habere quod habent. unde et phariseus hic bonorum sibi operum meritata singulariter tribuit. AVGSTI. de ver. do. Ecce autem ex vicino publicano maioris erat ei tumoris occasio. Sequitur enim. Vel ut etiam hic publica. quasi dicat. Ego solus sum. Iste de ceteris est. CHRYSOSTOMVS. Non n. satiauerat cotem eius tota humana natura: sed et publicanum aggressus est. moderatus autem peccasset si publicanum exceperisset. Nunc autem uno verbo et absentes innudit: et vulnera presentis lacerat. Non est autem gratiarum actio in uestiua aliorum. Si regratularis deo ipse tibi tantum sufficias: nec te ad homines transferas: nec proximum codenes. BASI. Discipulat autem elatus a conuiciatore sola habitudine. Is enim in alios utitur conuictis: hic autem se mentis temeritate extollit. CHRYS. Qui autem alijs conuiciatur: sibi et alijs multa mala facit. primo enim audientes reddit peiorum: quia si sit peccator: fit licet criminis inuenio collega: si sit iustus ex-

ollitur: per aliena crimina induit⁹ de se magna putare. Secundo cōmunitatez ecclesie ledit non. n. omnes audientes vituperant euz solum qui peccauit: sed ritu christiano contumelias inectunt. Tertio dei gloriam blasphemare facit: sicut. n. recte agēibus nomen dei glorificatur: sic nobis peccatibus blasphematur. Quarto cum qui audiuit obprobria confundit imprudentiorem eum ⁊ aduersarium faciens. Quinto statuit se pene obnoriu⁹: rebus platis q̄ sibi non pueniunt. **THEO.** Expedit autem non solum declinare a malo: sed etiam agere bonum. Et ideo euz dixisset: Non sum sicut adulteri: subiungit per oppositum Ieiuno bis in sabbato: Sabbatum hī dicebant hebdomadā ad ultimam diem quietis. Ieiunabant. n. pharisei secunda ⁊ quinta feria sic igitur ieiunia obiecit contra passionē adulterij. nam ex voluptate est lascivia. Ra pacibus vero ⁊ iniustis opposuit decimarum solutionem. Sequitur. n. Decimas do omni u⁹ que possideo. q. d. Adeo rapinas ⁊ nequicias refugio: vt etiā mea contribuā. **GRE GO.** xix. mo. Ecce ciuitatem cordis sui infidantibus hostibus per elationem aperuit: quān frustra per ieiuniū ⁊ orationes clausit: Incassum munita sunt cetera: cum loc⁹ vñus de quo hosti patet aditio munitus non est.

**AVGV.** de ver. do. Quere autem in verbis eius: nihil inuenies quod deum rogarerit. ascendit quidem orare: noluit deum rogar: sed se laudare: ⁊ roganti insultare. publicanum autem cordis conscientia remouebat: sed pietas applicabat. vnde sequitur: Et publicanus ⁊ longe stans nolle. nec oculos ad celum leuare. **THEO.** Quanvis autem publicanus stetisse dicatur: distabat tamen a phariseo tam verbis q̄; habitu: necnō ⁊ corde contrito. nam verebatur oculos leuare in celum: censens indignos visionis superne eos qui maluerunt bona terrena spectare ⁊ querere: necnō ⁊ peccus tundebat. vnde scquitur: Sz percuciebat pectus suum: cor quodammodo fungens causa cogitationum prauarum nec non ⁊ excitans vt dormitans. vnde non alid q̄; deum propitiationem petebat. Sequit⁹. n. Dicens: Deus propius esto mihi peccatori. **CHRY.** Audiuit q̄; non su⁹ velut hic publicanus: nec indignatus est sed compunctionis: deteru ille vulnus querit hic medicinā,

Nemo igitur illud frigidu⁹ proferat verbū. Nō audeo: pudorosus sum non possum apere os. Talis reverentia est diabolica. Vult .n. diabol⁹ obsecrare tibi fores accessus ad deum. **AVGV.** de ver. do. Quid igitur miraris si de⁹ ignoscit: quando ipse agnoscit: & longinquo stabat: deo tamē appropinquabat ⁊ cum dominus de prope attendebat. Excelsus. n. dominus ⁊ humilia respicit: nec oculos ad celum leuabat vt resipiceret: tremebat conscientia spem subleuabat percutiebat peritus suum: penas de seipso exigebat: propterea dominus confitenti parcerbat. Audisti superbum accusatorem: audisti humilem reu⁹. audi nunc indicem dicentem: Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in do. suam ab illo. **CHRY.** Beminos aurigas ⁊ duas bigas in stadio positas sermo presens proponebat in altera quidem iusticiam cum superbia. i altera peccatum ⁊ humilitatem. ⁊ vides biga peccati superare iusticiam: non proprijs virtutibus: sed humilitatis coniuncte. Illam vero deuictam nec fragilitate iusticie sed mole ⁊ tumore superbic. nā sicut humilitas per sui eminentiam peccati pondus superat: ⁊ salies attingit deum: sic superbia ob sui molcm defacili iusticiā deprimit. si ergo plura facta strenue geras: putas autē te posse presumere tota caruisti oratione. si vero nulle feras in conscientia fasses reatum: ⁊ hoc solum de te credas q̄ es infimus omnium: multam obtinebis ante deum fiduciam. Et ideo sic sententie causam assignans subdit: quia omnis qui se exaltat humili. ⁊ qui se humili exalta. Humilitatis nomen multiplex est. Est. n. quedam virtus humilitas: iuxta illud. Et contritum ⁊ humiliatum deus non despicias. Est ⁊ humilitas ab erumnis: iuxta illud: Humiliavit in terra vitani meam. Est ⁊ humilitas a peccatis ⁊ superbia ⁊ insatiabilitate diuinarum. Quid. n. humilius his qui se submittunt in diuinitis ⁊ potentatu ⁊ hec reputant magna. **BASI.** Similiter etiam ⁊ exaltari laudabiliter contingit: quādo scilicet non humiliatus sed mens tua est per magnanimitatem in virtute erecta. Talis autem animi celitudo est eminencia in tristis: terrenorū: contemptus: conuersatio in celis: ⁊ videtur humiliū modi mentis sublimitas eādēz habere diffractiam ad elationē quam arrogancia pa-

2, 29

rit: quam habet copulentia corporis bene dispositu ad inflationem carnis cu<sup>z</sup> ex hydroponiatur. **CHRY.** Hec igitur fastus inflation ab ipsis celis potest deprinere non cauitem: humilitas vero et ab ipsa abyssu reatu<sup>z</sup> hominem sublimare. hec enim per phariseo publicanum saluauit. latronem ante apostolos durit. illa vero etiam in corporeaz ingressa est potestatem. Eterum si iuxta delicta humilitas tam facile currit ut superbiam iusticie transcat. si iusticie coniunxeris eam: quo non ibit: assistet ipsa tribunali diuino in medio angelorum cum fiducia multa. Rursus si fac<sup>9</sup> coniunctus iusticie ea<sup>z</sup> deprimere potuit si coiunctus sit peccato: in quantam gehennaz de trudet: hoc dico non ut negligamus iusticiam: sed ut fastum videmus. **THEO.** Sed forsitan mirabitur aliquis: quomodo phariseus cum pauca verba sue laudis protulerit cōdē natur. Job vero cum plurima fuderit corona tur: Eo scilicet q<sup>z</sup> phariseus talia dicebat criminando alios: nulla ratione cogente: job vero vrgentibus eu<sup>z</sup> amicis et pressuris premētibus coactus ē proprias virtutes referre ad dei gloriam: ne homines desisterent a profectu virtutis. **BEDA.** Typice autem phariseus est populus indecorū qui ex iustificationibus suis extollit merita sua: publicanus vero gentilis est: qui longe a deo positus confiteretur peccata sua: quorum unus superbiēdo recessit humiliatus: alter lamentando appropinquare meruit exaltatus.

**C** Dominica. xij. Marti. vij. cap.

**I**hesus iesus de finibus tyri vicit per sidonem ad mare galilee inter medios fines decapolcos. Et adducunt ei surdum et mutuz. Et deprecabantur eu<sup>z</sup> ut imponat illi manum. Et apprehendens eu<sup>z</sup> de turba scorum misit digitos suos in auriculam eius: et expuens tetigit linguam eius: et suspiciens in celum ingenuit et ait illi: Effeta: quod est adaperire. Et

statim aperte sunt aures eius: et solutū est vinculum lingue eius: et loquebatur recte. Et precepit illis nesciui dicerent. Quanto autem magis precipicbat tanto magis plus predicabant: et eo amplius admirabantur dicentes: Bene omnia fecit: et surdos fecit audire: et multos loqui.

**THEO.** In gentilium locis moram dominus facere non volebat ne occasionem iudeis daret: ut transgressorem legis cum estimarent q<sup>z</sup> se gentibus admiscebant: et ideo confessum reuertitur, unde dicitur: ex. i.e. de fi. Typi ve. per fidem. ad ma. gali. inter me. fi. decapolcos. **BEDA:** Decapolis est regio. r. vrbium trans iordanem ad orientem contra galileaz. Qd ergo dicitur q<sup>z</sup> dominus venit ad mare galilee inter medios fines decapolcos: non ipsos fines decapolis intrasse significat. neq<sup>z</sup> enim mare nauigasse dicitur: sed potius ad mare usq<sup>z</sup> venisse: atq<sup>z</sup> ad ipsuz peruenisse locum qui medios fines decapolis longe trās mare positos respiciebat. Sequitur: Et addu. ci. sur. et mi. et depreca. eum ut impo. illi inanum. **THEO.** Quod recte post demoniacē liberationem ponitur: ex demonio enī talis passio erat. Sequitur: Et appre. cū def. scor. misit di. su. in auri. et<sup>9</sup>. **CHRY.** Seorsum a turba oblatum surdum et mutuz apprehendit: ut diuina miracula non faceret manifeste: instruēs nos vanam gloriam ejus re et tumorez. nihil enim est ex quo aliquis miracula operetur: sicut si humilitate colat: et modestiam sequatur. Misit vero digitos in auriculam potens verbo sanare: ut ostenderet q<sup>z</sup> diuina virtute dicatum erat corpus diuinitati vnum: et operatio eius. Quia enim propter transgressionem ade: natura humana multaz incurrit passionem: ac membrorum et sensuum lesionem: veniens christus i scipso pfectioem demonstrauit humane nature: et propter hoc digitis aures aperuit et sputo loqulam dedit. unde sequitur: Et expuens tetigit linguam eius. **THEO.** Ut scilicet ostenderet q<sup>z</sup> omnia membra sacri corporis eius divina existunt et sancta: sicut et sputum quod vinculum lingue dissoluit. Etenim omne sputum superfluitas est: sed in domino omnia diuina

fuerunt. Sequitur: Et suspiciens in celum i genitum et aut: Effeta; quod est adaperire. BE DA. Susperit quidem in celum: ut ide mutis loquela: inde auditum surdis: inde cunctis infirmantibus medelam doceret esse que redaz. Ingenuit autem: non quod ipsi opus est cum gemitu aliquid petere a patre qui cuncta potentibus donat cum patre: sed ut nobis genitum daret exempla: cum vel pro nostri: vel pro nostrorum erratis proximorum superne pie tatis presidia iuocamus. CHR Y. Simul etiam ingemuit: nostram causam suscipiens in seipso: nature misertus humane: videns misericordiam in quam humanum genus inciderat. BEDA: Qd autem ait: Effeta. i. adaperire: ad aures proprie pertinet. aures. n. ad audiendum aperiende: lingua vero ut loqui posset a retinaculis erat sue tarditatis soluenda. unde sequitur: Et statim aper. sunt au. eius. et solu. e. vin. lin. eius: et loque. recte. Obi viras in natura viuis et eiusdem Christi manifeste disticta est. Suspiciens quidem in celum quasi homo deus deprecatus ingemuit: sed mox uno sermone quasi potens diuina maiestate curauit. Sequitur: Et precepit eis ne cui diceret. HIERO. Id quod non in virtutibus gloriandum esse docuit: sed in cruce et humiliacione. CHR Y. Precepit etiam miraculum occultare: ne an ipsi accederet iudeos ad homicidium per inuidiam perpetrandum. HIERO. Litus autem in monte posita vndeque circumspecta abscondi non potest: et humilitas semper precedit gloriam. vni sequitur: Quanto autem eis precipiebat: tanto magis plus predicabant. THEO. Docemur autem ex hoc cum aliqui beneficia elargimur: mitem applausus et laudes petere: cum vero accepimus beneficia benefactores predicare et laudare Christus nolint. AVG. de con. euau. Si autem sciebat eos futurum ille quod notas habebat et presentes et futuras boiu voluntates tanto magis predicaturos: quanto magis ne predicarent eis precipiebat: ut quid hoc precipiebat: nisi pigris volebat ostendere quanto gaudiosius: quanto fruenterius eum predicare debeant: quibus iubet ut predicent: quando illi qui prohibebantur rater non poterant. GLO. Et predicatione autem saluatorum a christo: crescebat admiratio turbarum et confessio beneficiorum Christi. unde sequitur: Et co amplius admira. di. Be-

ne omnia fecit. h. s. surdos fecit audire et mutos loqui. HIERO. Mysice autem tyrannum interpretatur angustia: et significat iudicium: cui dominus dicit: Loangustatum est stratum a qua trans fert se ad gentes alias. Sidon venatio interpretatur, si era autem undomita nostra natio est et mare: quod fluctuosa volubilitas est. Inter medios autem fines decapoleos. quod interpretatur catalogi mandata: salvator ad saluandas gentes venit. Hoc autem humanum per multa membra: quasi unus homo varia peste absumptus enumeratur in protoplasto: cecatur duus male vidit: surdus fit cum audire: obmutescit cum loquitur. Deprecantur autem eus ut imponeat illi manum. quod incarnatum fore dominum multi iusti et patriarche cupiebant et operabantur. BEDA. Vel surdus et mutus est qui nec aures audiendi verba dei habet: nec os aperit pro loquendis: quales necesse est ut hi qui loqui iam et audire divina eloquia dicterent: domino sanandos offerant. HIERO. Secundum autem semper a turbulentis cogitationibus et actibus inordinatis sermonibusque incompositis educitur: qui sanari meretur. Digihi autem qui in aures mittuntur: verba vel dona spiritus sunt: de quo dicitur. Digitus dei est h. Sputum autem divina sapientia est que soluit vinculum labiorum humani generis: ut dicat: Credo in deum patrem omnipotentem et reliqua. Suspiciens autem in celum ingemuit. i. gemere nos docuit: et in celum i thezauros nostri cordis erigere: quod per gematum compunctionis intime fruenteria leticia carnis purgatur. Aperte sunt autem aures ad hymnos et cantica et psalmos. Soluit linguam ut eructet verbum bonum: quod non possunt nec verbena cohibere.

### C. Dominica. xijij. Lucc. x. cap.



Et ati oculi quod vident que vos videtis. Bico enim vobis: quod multi prophete et reges voluerunt videre que vos videtis et non viderunt: et audire que vos auditis: et non audierunt.

THEO. Quia superius dixerat: Nemo

230

nouit quid sit pater nisi filius: et cui voluerit filius reuelare: verificat discipulos quib⁹ patet per eum reuelabatur. vnde dicitur: Beati oculi qui vident q̄ vos videtis. CIRYL. Conueritur quidem ad eos q̄ repellens iudeos surdos et cecam mentez gerentes nec videre volentes: totum se prebcbat diligentib⁹ eū: et beatos asserit oculos videntes que p̄i⁹ alijs ip̄i videbant. Illud tñ scire conuenit: q̄ videre non significat actum oculorum s̄ mēnis recreationem in prestis beneficijs: puta si quis dicat: Ista videt bona tempora. i. gauis est in bonis temporibus; s̄m illud: Vide as bona hierusalem. Multi enim iudeorum viderunt christum diuine operantem: corporali. s. int̄itu: nec tamen omnibus beatifica-  
tio conuenit. non enim crediderunt: sed neq̄ viderunt gloriam dei oculis mentis. Beatifi-  
cati sunt ergo oculi nostri in hoc: q̄ fide vidi-  
mus verbum pro nobis hominem factum i/  
primens nobis decorum sui numinis. vt nos  
sibi conformes faciat per sanctificationez atq̄  
iusticiā. THEO. Beatificat aut̄ eos et oēs  
simpliciter q̄ cū fide respiciunt ex hoc q̄ antiq  
pphete et reges deū in carne videre et audire  
optauerunt. vnde sequitur: Dico enim vo. q̄  
multi prophe. et re. vo. videre que vos vide.  
et nō vide. et audi. q̄ vos audi. et nō au. BE.  
Mattheus ap̄cius, pphtas et iustos appellat: ipsi enim sunt reges magni quia tentatio-  
num suaz motibus non sentiendo succumbe-  
re s̄ regendo precesserunt. CHRY.  
Et hoc aut̄ dicto plures existimant, pphtas  
caruisse christi nosicia. s̄ si optauerunt videre  
q̄ viderunt apostoli: noberunt illū venturum  
ad hoīcs: et dispensaturz q̄ dispensavit. null⁹  
.n. h̄z hoīz appetitū q̄ mēte nō cōcepit: none-  
runt ergo filii dei vñ non simpliciter dicit: Vo-  
luerunt videre me: s̄ q̄ vos videtus nec audi-  
re me s̄ q̄ vos auditis. Viderat. n. ip̄m: non  
tñ tā incarnatū: nec sic cū hoīb⁹ p̄uersantē nec  
tāta maiestate eis loquētē. BE. Illi enīz a lon-  
ge iſt̄ iſcītēs p̄ speculū et i enigmate viderūt.  
Apostoli aut̄ in p̄nitiaz h̄ntes dñm q̄cūqz vo-  
luissent interrogādo discentes: nequaqz p̄ an-  
gelos aut alias visionū spēs op̄ babebāt do-  
ceri. ORI. S̄z quare dicit plerosqz pphe-  
tas optasse nō aut̄ oēs: q̄ de abraā dī q̄ vidit  
diē xp̄i et letatus ē: quā visionē nō plures im-  
mo pauci p̄ngerūt. fuerūt aut̄ alij pphtas et iu-

sti nō cauti: vt visionē abrae et p̄stā ap̄loꝝ atti-  
gerēt. Et hos dicit non vidisse sed optasse.  
C Et ecce quidam legisperitus surre-  
xit tentans illum et dicens. Agister  
quid faciendo vitam eternam posside-  
bo. At ille dixit ad eum. In lege quid  
scriptum est? Quomodo legis? Ille  
respondens dixit. Diliges dominum  
deum tuum ex toto corde tuo et ex tota  
anima tua: et ex omnibus viribus tuis  
et ex omni mente tua: et proximum tuū  
sicut teipſuz. Dixitqz illi: Recte respō-  
disti: Illoc fac et viues.  
BE. Dixerat supra dñs q̄ noīa corū scripta  
sunt in celis vnde vt puto occasionē tentandi  
dñm legisp̄t assumpsit. vñ dī: Et ecce q. le-  
gispe. surrexit tentās illū. CJ. Erat. n. qdē  
vbesi cū cūeunte totā regionē iudeoz incu-  
santes ip̄m et dicētes q̄ p̄ceptū moysi intile di-  
ceret: ip̄se aut̄ quasdā nouas doctrinas p̄me-  
ret: volēs ḡ legisp̄t seduccre ip̄m vt aliquid  
dītra moysen loqueret. adeſt tentās ip̄m magi-  
strū vocās: decrī nō patīs. Et q̄ dñs solū  
erat his q̄ veniebat ad cū log de vita eterna:  
vñ legisp̄t cī cloquiſ. Et qd̄ tētabat astu-  
te nibil aliud audit nisi q̄ p̄ moysen edita sunt  
Seq̄. n. At ille dixit ad cum: In lege qd̄ scri-  
ptū ē: quō legis? AM. Erat. n. ex his q̄ sibi  
legisp̄ti vident q̄ vba legis tenēt: vim legis  
ignorāt et ex ipso legis capitulo docet eē legis  
ignaros pbās q̄ i p̄ncipio statutum lex patrē et  
filiū pdicauerit: icarnatōis dñice annūciauerit  
sacrim. Seq̄. n. Ille rīdēs dixit. Dili. dñm  
de. tu. et to. cor. tuo: et ex tota anima tua: et ex  
omi. viri. tuis: et ex tota mente tua. BA. Qd̄  
dī: Tota mēte tua: i cetera nō recipit sectōnē:  
nā q̄stācūqz dilectionē i ifirmis expēderis: B  
tibi necessario a toto deficiet. Sič. n. i vase ali-  
quo plēo liquore iquātū emanauerit: tm̄ ne-  
cessē ē plenitudini derogari: sic et i aīa iquātū  
emanauerit ab ip̄si⁹ dilectione ad illicita: int̄m  
minui necessariū ē amorē ad deū. GRE. n.  
scn⁹: In tria aut̄ qdā aīc vis discernit. Nec  
.n. ē augm̄tativa solū et nutritiva: q̄ ē i plātis  
rep̄it. Alia ē q̄ sensualē disponit: q̄ saluabaf  
i natura irrationaliū aīahū. Perfecta aut̄ vis  
aīe est rationalis: que i natura humana cōspī  
cī Dicendo ergo cor: substantiā corporalē s̄

gnificauit .s. nutritiām. dicendo ḥo aiam:  
mediocrem. i. sensitūā. dicendo ḥo mentez;  
altiorem naturā. i. intellectiām t̄ cōsiderati  
uam potentiam. THEO. Hic igit̄ intelligendū est q̄ op̄ nos oēz xtutē aie amoris  
diuino subiūcere: t̄ hoc viriliter t̄ nō remisse.  
vnde additur: Et ex omnibus viribus tuis.  
MAXI. Cum hac igit̄ intentione trinaz ad  
deū dilectionem lex pertractat: vt auellat nos  
a trina mundi habitudine: qua respiciēt ad pos  
sessiones: ad gloriam: t̄ ad voluptates: i qui  
bus etiam tentatus christus. BA. Siquis at  
querat quo pacto diuina dilectio poterit obti  
neri: dicem⁹ idocibilis est diuina dilectio: na⁹  
nec lucis gaudere pñia: nec vita⁹ amplecti ab  
alio didicim⁹: vñ amare parētes aut alūnos:  
t̄ multomagis diuine dilectōis doctrina. Sz  
seminalis quedam rō nobis infita ē intrinse  
cus: habens cās vt homo deo'adhercat quam  
rationē accipiēs doctrina diuinorū preceptoz  
coleā diligēter: cautqz souere t̄ ad pfectiōez  
diuine gratie pducere cōsueuit. naturaliter. n.  
bonum amam⁹: amam⁹ ēt p̄priū t̄ cognatu⁹;  
necnō t̄ benefactoribus spōte affectionē totaz  
profundimus. Sic igitur bonus ē deus: oia  
vero bonum desiderāt quod voluntarie pfici  
tur: naturaliter nobis īest: quem t̄ si p̄ boni  
tateī minime nouissimus: ex hoc ip̄o sāmen  
q̄ ab ipso pcessimus tenemur ip̄m vltra mo  
dum amare: tāqz. s. nobis cognatu⁹. Maior  
etia⁹ ē t̄ benefacto t̄ omnibus q̄ naturaliter di  
ligunt. Est igitur primū t̄ p̄cipuū mādatū di  
uine dilectionis: fm aut̄ p̄imi cōpletu⁹ t̄ ab  
eo cōpletū quo monemur diligere, primū. vñ  
sequitur. Et p̄imum tuū sicut teipsum. Soz  
timur aut̄ a deo potētiā ad huius executionez  
mādati. Quis aut̄ nō nouit qm̄ māsuetū t̄ cō  
municatiūā aīal est homo: nō aut̄ solitariuz t̄  
filuestre: Nihil enim tā p̄prium ē nostre na  
ture: sicut adiuvicem cōicare: t̄ mutuo idige  
re: t̄ cognatum diligere. Quorum ergo pue  
niens dñs nobis tradit semina: horum pñter  
fructus requirit. CHR Y. Tu tñ attēde q̄  
liter fere cū eodē excessu postulat vtrūqz pre  
ceptū de deo enī ait: Toto corde tuo. de prox  
imo: Sicut teipsum. Quod si diligenter con  
seruare: nec seru⁹ ēt nec liber nec victor nec  
victus: nec diues nec paup: nec notus vñqz  
ēt diabolus. Potius cñm palee ignis suspi  
nerent immissionē q̄ seruare charitatis diabo

lus: a deo cuncta superat dilectionis cōstātia,  
GRE. xxix. mo. Lū aut̄ dicas: Diliges pro  
ximum tuum sicut teipsum. quomodo alteri  
miserando pius est: qui adbuc iniuste viuen  
do fit impius sibi meip̄? CHR Y. Lū au  
tem legisperitus respondisset que continebā  
tur in lege: Christus cui nota sunt omnia: sci  
dit fallacie eius rheia. Sequit̄ enī: Dicit̄ il  
li: recte respondisti hoc fac t̄ viues. ORI.  
Ex his indubitanter colligitur q̄ fuit q̄ pdica  
tur fm mundi creatorē deū t̄ antiquas scri  
pturas ab eo traditas: vita perpetua est. At  
testatur enim dominus sumenti: ex deutero  
nomio quidem illud: Diliges dominum de  
um tuum: Ex leuitico vero illud: Diliges p  
ximum tuum sicut teipsum. Hec autem dicta  
sunt contra sequaces valētini basilidis t̄ mar  
tionis. Quid enī aliud voluit nos facere ad  
querendum vitam eternam: nisi que continet  
lex t̄ prophete.

¶ Ille autem volens iustificare se  
ipsum dixit ad iesum. Et quis est meus  
proximus: Suspiciens autem iesus di  
xit. Homo quidam descēdebat ab hie  
rusalem in hierico t̄ incidit in latro  
nes: qui etiam dispoliauerunt eū: t̄ pla  
gis impositis abierunt semiuiuo reli  
cto. Accidit autem vt sacerdos quida⁹  
descenderet eadem via: t̄ viso illo prete  
riuit. Similiter t̄ leuita: cum esset sec⁹  
locum t̄ videret eum pertransiit. Sa  
maritanus autem quidam iter faciens  
venit secus eum t̄ videns eum: miscri  
cordia motus est. Et appropians al  
ligauit vulnera eius: infundens oleum  
t̄ vinum: t̄ imponens illum in iūmētū  
suum duxit in stabulum: t̄ curam eius  
egit. Et altera die protulit duos dena  
rios: t̄ dedit stabulario t̄ ait. Cūrā il  
lius habe: t̄ quodcunqz super erogane  
ris: ego cum rediero reddā tibi. Quis  
horum trium videtur tibi proxim⁹ fuis  
se illi qui incidit in latrones: At ille di  
xit. Qui fecit misericordiā i illū. Et ai  
illi iesus. Vade t̄ tu fac similiter.

231

**CIRYL.** Laudatus legisperitus a salua, tox q̄ recte respondit: in superbiaz prorupit: nullum sibi proximuz putans esse: quasi nul lus esset ei in iusticia comparandus. vnde dicitur: Ille autem volens iustificare scipsum: dicit ad iesum: Et quis est meus proximus? Circunveniunt enim eum quodammodo al ternarij viaz & fallacia qua tentando quesuerat: ad arrogantiam lapsus. In hoc autem q̄ querit: Quis est meus proximus: vacuus a dilectione proximi ostenditur: cum non esti met aliquem fib proximum esse: & per conse quens a dilectione diuina: qm̄ cum fratre nō diligat quem videt: non potest deum diligere quem non videt. **AMBRO.** Respondit etiam q̄ nesciret proximum suum: quia non credebat in christum: & qui christum nescit: ne scit legem. Cum enim veritatem ignoret: quo modo potest scire legem: que annunciat veritatem. **THEO.** Saluator autem non actibus aut dignitatibus sed natura determinat proximum. q. d. nō putas q̄ q̄uis iustus sis: nullus tibi sit proximus. Omnes namq; que andez naturā cōmunicant: proximi tui sunt: fias igitur & tu eorum proximus: non loco s̄ effectu: & circa eos cura: & ad hoc samaritanū in exemplum ducit. vnde sequitur: Suspiciens autem iesus dicit. Homo quidaz descē. ab hic. in hieri. **GRECVS.** Bene est generis appellatio. non enim ait: Descendit q̄ dam: sed homo quidam. nam sermo fit de tota humanitate. **AVG.** de que. euā. Homo enim iste ipse adam intelligitur in genere humano. Hierusalem cūitas pacis: illa celestis: a cuius beatitudine lapsus est. hierico interpretatur luna & significat mortalitez nostram propter hoc q̄ nascitur; crescit senescit: & occidit. **AVGV.** contra pelagium: Vel hierusalem que interpretatur visio pacis: paradisum dicimus. Ante enim q̄s peccaret homo in visione pacis erat: hoc est in paradiſo: vbi quicquid videbat par erat & leticia. Inde descendit quasi humiliatus & miser factus p̄ peccatum hierico. i. in mundum: in quo omnia ora occidunt sicut luna. **THEO.** Nō autem dicit descendit: sed descendebat: semper. n. humana natura ad inferiora tendebat: & non in parte sed in toto vite attendebat passibili. **B.A.** Conuenit etiam hoc si quis loca perspicerit. hiericho enim tenet loca cōualita

palestine hierusalem vero in cacumine sita ē occupans apicem montis venit igitur homo ab altis ad infima vt a latronibus caperetur: qui incolebāt desertum vnde sequitur: Et icidit in latrones. **CHRY.** Num̄ istius hois miserandus est casus: qui iermis ac de stitut⁹ i latrones inciderit: quiq; improvidus incautusq; eaž viam elegerit: qua evadere pre donum manus nequiuerit. non. n. posset in ermis armatos: improvidus pessimos incanus nocuos effugere. Unippe cum malitia semper armata sit dolis; crudelitate septa: mutata fallacia: & ad nocendi sevitiam preparata. **AMBRO.** Qui sunt autem isti latrones nisi engeli noctis atq; tenebraruz; i quos non incidisset: nisi eis mandati celestis deus se fecisset obnoxium. **CHRY.** In exordio igitur mundi nocendi fallaciaz diabolus est operatus in hominem: in quez fallandi virus exercuit: & malicie nocentiam dedicauit. **AVGV.** contra pelagium: Incidit ergo i latrones. i. in diabolum & angelos eius qui per inobedientiam primi hominis humanuz genus despoliauerunt morum scilicet orna mentis & vulnerauerunt bono scilicet possibilis: liberi arbitrii perditō. vnde sequitur. Qui etiam despoliauerunt eum & plagiis impositis abierunt. In illo enim peccante plaga fecit: in nos vero plagas: cum per unum peccatum quod contrabimus superaddimus multa peccata. **AVGV.** de que. euā. Vel spoliauerunt hominem immortalitate: & plagiis impositis peccata suadendo reliquerunt semiuum: quia ex parte qua potest intelligere & cognoscere deum viuus est homo: ex parte autem qua peccatis contabescit & premitur: mortuus est. & hoc est quod subditur: semiuum re licto. **AVGV.** contra pelagium: Semiuus. n. h̄z vitalem motum idest liberum arbitrium vulneratum & ad eternam vitam quam perdiderat redire non sufficiebat: & ideo iacebat: quia vires ei proprie ad surgendum non sufficiebant: vt ad se sanandum medicum. i. deus requireret. **THEO.** Aut semiuus dicitur homo p̄ peccatum: q̄ anima immortalis est: corp̄ vero mortale ita vt medietas hominis morti succumbat: aut quia humana natura in christo sperabat consequi salutem: ita vt nō omnino morti succumberet: sed inquam ad am peccauerat: mors in mundum in

tranit in christi vero iustificatione mors erat  
destruenda. AMBR O. Vel spoliat que  
accipiuntus indumenta gratie spiritualis: et sic  
vulnera inferre consuerunt. nam si intem-  
rata que sumphimus indumenta seruemus:  
plagas latronum sentire non possumus. BA.  
Vel potest intelligi quod ex polauerunt eum pla-  
gas prius impositas: precedunt enim vulnera  
ra nuditatem: ut intelligas quod peccatum gra-  
tie precedat carentiam. BEDA. Dicuntur  
autem plaga peccata quod bis nature humanae i-  
tegritas violatur. Abierunt autem non ab in-  
fidiis cessando: sed infidiarum fraudes occul-  
tando. CHR Y. Hic itaq; homo. i. adam  
iacebat destitutus salutis auxilio: confossus  
vulneribus delictorum: cui nec sacerdos aaron  
transiens sacrificio potuit profuisse. Sequi-  
tur enim: Accidit autem ut sacerdoti. quidam de-  
scen. eadem via: et viso eo preteriuit. Nec et  
eius frater moyses leuita: per legem potuit sub-  
uenire. vnde sequitur: Similiter et leuita cujus  
esset secus locum et videret eum pertransiit.  
AVG. contra pelagium: Vel in sacerdote  
et leuita duo tempora intelliguntur: legis. s. et  
prophetarum: in sacerdote lex per quam sacer-  
dotium et sacrificia instituta sunt. in leuita va-  
ticinium prophetarum. quorum temporibus  
humanum genus sanari non potuit: quod p. le-  
gez coditio peccati non abolevit. THEO.  
Dicit autem preteriit: quod lex vestit et stetit usq; ad tempus prefirum: deinde non valens cu-  
rare abiit. vide etiam quod lex non ad hoc data est  
precogitatiu ut hominem curaret: non enim  
poterat homo a principio suscipere christi my-  
sterium et ideo dicit: Accidit ut sacerdos qui-  
daz. quod consuevimus dicere in his que non  
premeditatue sunt. AVG. de verbis do-  
mini: Vel quia homo descendens a hierusa-  
lem in biericho israelita fuisse intelligitur: quod  
intelligi potest quod transiens sacerdos vestigium ge-  
nere proximus preteriit iacentem. transit leuita et hic genere proximus: iacentem et ipse co-  
tempnit. THEO. Miseri inquam illius  
fouere cum cogitauerunt: postmodum vero  
tenacitate deuicti abierunt retrosum. hoc. n.  
designat quod dicit: Preteriit. AVG. de  
verbis domini: Transiit samaritanus gene-  
re longinquus: misericordia proximus: fecit  
quod sequitur: Samaritanus autem quidam  
iter faciens venit secus eum. In quo samari-

tano se voluit intelligi dominus noster iesus  
christus. samaritanus enim custos interpreta-  
tur: et de ipso dicitur: Non dormitabit neque  
dormiet qui custodit israel: quod resurgens a mor-  
tuis iam non moritur. Denique cujus dictum esset  
illi: Quia samaritanus es et demonium ha-  
bes: negavit se habere demonium quod se noue-  
rat demonum expulsorem: non se negavit in  
firmi custode. GRECVS. Vocat autem  
hic christus se samaritanum oportune: cujus. n.  
alloqueretur legisperitum superbientem in le-  
ge voluit exprimere quoniam nec sacerdos nec le-  
uita et qui conuersabantur in lege: legis pro-  
positus implebant: sed ipse venit consumma-  
turus legis propositum. AM. Hic ante sa-  
maritanus etiam erat descendens. Quid enim  
est qui descendit de celo: nisi qui ascendit in ce-  
lum filius hominis qui est in celo? THEO.  
Dicit autem iter faciens quasi erat proposito  
hoc statuens: ut nos curaret. AVG. contra  
pelagium: Venit autem in similitudine car-  
nis peccati: ideo secus eum quasi in similitu-  
dine. GRECVS. Vel secus vias venit:  
fuit enim vere viator: non deuiator gratia no-  
stri descendens ad terram. AM. Veniens  
autem factus est compassionis nostre susceptio-  
ne finitus et misericordie collatione vicinus.  
vnde sequitur: Et videns eum misericordia  
motus est. AVG. contra pelagium: Videt  
quidem eum iacentem: non valentem: non cur-  
rentem et ideo misericordia motus est: quod in eo  
nullum meritum inuenit quo curari dignus  
esset: sed ipse de peccato damnatus peccatum  
in carne. vnde sequitur: Et appropians alli-  
gauit vulnera eius infundens oleum et vinum.  
AVG. de verbis domini: Quid enim tam  
longinquum: quid tam remotum? Quid deus ab  
hominibus: immortalis a mortalibus: iustus  
a peccatoribus: non loco longe sed dissimili-  
tudine. Cum ergo haberet in se duo bona sci-  
licet iusticiam et immortalitatem: et nos duo ma-  
la scilicet iniquitatem et mortalitatem si virtus  
malum nostrum suscepisset: par noster fuisset  
et liberatore nobiscum opus haberet. ut ergo  
esset non hoc quod nos: sed prope nos: non  
est ille peccator ut tu: sed factus est mortalis quod  
tu suscipiendo penam: et non suscipiendo cul-  
pam: delcuit et penam. AVG. de que. euā.  
Alligatio vulnerum est coibitio peccatorum:  
oleum consolatio spci bone apud indulgentiū

am datam ad reconciliationem pacis: vinum  
ciboratio ad operandum feruentissimic i spi-  
ritu. AMBRO. Vel costringit vulnera  
nostra austriore precepto sicut oleo fouet re-  
missione peccati sic vino compungit denun-  
ciationem iudicii. GREGO. xx. mora.  
Vel in vino mortuum distinctionis adhibet: i  
oleo molluem pictans: per vinum vnguan-  
tur putrida: per oleum sananda foueantur.  
Discenda est ergo lenitas cum severitate: et  
faciendum est quoddam ex vitroqz tempera-  
mentum: ut ne qz multa asperitate exulcren-  
tur subdit: neqz nimia benignitate soluatur.  
THEOPHI. Vel aliter: Que secundū  
hominem est conuersio oleum est: que vero  
secundum deum vinum est: quod diuinita-  
tem significat: quaz nemo potuisset sustinere:  
nisi oleum haberetur idest conuersatio huma-  
na. vnde quedam operatus est humane: que-  
dam diuinus. Infudit ergo oleum et vinum  
quia nos humanitate et diuinitate saluauit.  
CHR Y. Vel vinum infudit idest sanguinem  
passionis et oleum chrismati sanctifica-  
tio confert per chrismatiunctionem a celesti  
medico consissa loca ligant: et intra semetip-  
sa remittentia medicinam operante medicami-  
ne: pristine sanitati redduntur. Infuso ergo  
vino et oleo imposuit eum super iumentum.  
vnde sequitur: Et imponens illum in iu. su-  
dum in stabulum: et curam eius egit. AV-  
GV. de que. euau. Iumentus eius est caro:  
qua ad nos venire dignatus est. Imponi iu-  
mento: est in ipsam incarnationem christi cre-  
dere. AMBRO. Vel iumento imponit  
duz peccata nostra portat: et pro nobis dolct:  
homo enim iumento similis factus est: et ideo  
supra iumentum suum nos imposuit: ne nos  
essemus sicut equis et mulus: ut per nostri cor-  
poris assumptionem infirmitatem nostre car-  
nis aboleret. THEOPHI. Vel imposu-  
it in suum iumentum idest in corpus suum:  
membranaqz sua nos fecit: et partici; es cor-  
poris eius: et lex quidem non omnes suscipie-  
bat. Moabite inquit et ammonite non intra-  
bunt in ecclesiam dei. nunc vero in omni ge-  
se qui timet dominum: ab eo suscipitur volēs  
credere et pars ecclie fieri: propter hoc di-  
xit: qz duxit eum in stabulum. CHR Y.  
Est enim stabulum ecclesia que in itinere mihi  
di lassatos: et sarcinis delictorum defessos su-

scipit venientes: vbi deposito onere peccato-  
rum viator lassus reficitur: et refectus salubri  
pascua reparatur. Et hoc est quod dicitur: Et  
curam illius egit: Totum enim quicquid con-  
trarium nocens et malum est foris est: quia in  
tra stabulum requies omnis salubritasqz in-  
clusa est. BEDA. Et bene iumento impo-  
sum durit in stabulum: quia nemo nisi per ba-  
ptismum corpori christi adunatus: ecclesiam  
intrabit. AMBRO. Sed quia non vaca-  
bat: samaritano huic dom in terris degere re-  
deundum erat vnde descendebat. vnde se-  
quitur. Et altera die protulit duos denarios et  
dit stabulario: et ait: E uram illi habe. Quis  
est iste alter dies: nisi forte ille dominice resur-  
rectionis: de quo dictus est: Hec est dies qua  
fecit dominus. Duo autem denarij sunt duo  
testamenta que imaginem in se habent eterni  
regis expressam: quorum precio vulnera no-  
stra curantur. AVG. de que. euau. Vel  
duo denarij sunt duo precepta charitatis: qua  
per spiritum sanctum accepérunt apostoli ad  
euangelizandū ceteris: vel promissio vite pre-  
sentis et future. ORIGE. Vel duo dena-  
rij videtur mihi esse scientia sacri: quō p̄ in  
filio et fili in patre fit: quia vclut mercede do-  
nat ecclie angelus: ut diligētius curet hoīem  
sibi commendatū: quē p angustia tuis etiā ipse  
curauerat. Et promittitur ei quicquid de suo  
in medela semiuiuentis expenderet illico esse  
reddendus. vnde sequitur: Et quodcumqz su-  
pererogaueris ego cum rediero reddaz tibi.  
AVG. de que. euau. Stabularius fuit apo-  
stolus qui supererogavit aut illud consilium  
quod ait: De virgibus autem preceptū do-  
mini non habeo: consilium autem do. aut qz  
etiam manibus suis operatus est: ne infirmo-  
rum aliquē in nouitate euangeli grauaret: cū  
ei liceret ex euāgeliō pasci. Multū et supero-  
gauerūt apostoli. s; et p tpe doctores qz vetus  
et nouū testimoniū exposuere: supererogauerunt p  
gbus retributionē accipiēt. AM. Beat⁹ er-  
go ille stabularius qui alicri vulnera curare  
pot. Beatus illi cui dicū iesus: Quodcumqz  
supererogaueris: reuerteres reddam tibi. S; qn̄  
reuerteris dñe nisi iudicii die: Nam h; vbiqz  
fis semp et stas i medio n̄fu;: n̄ cerneris a no-  
bis: erit m̄ tps quo vniuersa caro te respiciet  
reuertere. Reddes ergo qd debes beatis: q  
b⁹ es debitor. Utinā nos simus idonei debi-

tores: ut qd accepimus possimus exoluere.  
**CIRYL.** His ergo premissis: oportune iam dñs legis peritū interrogat subdēs: Quis horum trium tibi videtur primum fuisse: illi qui incidit in latrones? At ille dixit qui fecit misericordia in illum. Neqz enī sacerdos ne qz levita factus fuit proximus patientis: sed ille qui est eius misertus. Inutilis est enim sacerdotij dignitas & legis scia: nisi p bona opera confirmetur. vnde sequit: Et ait illi iesus: vade tu & fac simili ter. **CHR Y.** q. d. Si quem vides oppressum non dicas: vtqz ne, qz est. sed siue gentilis sit siue iudeus & ope i, digeat: nō cavilleris auriliari qcūqz mala fuerit passus. **AVGV.** de doctrina christiana: Ex hoc intelligimus cū esse primum: cui vel exhibendum est officium misericordie si indigeret: & exhibendum esset si indigeret. Ex quo iam pñs est: vt etiam ille a quo nobis vicissim exhibendū est primus noster sit: primi. n. nomē ad aliquid est: nec quisqz esse primum: nisi proximo pōt. Nullum autem exceptuū eē cui misericordie denegēt officium: qz nō videat: dicente domino: Benefacite his q vos oderūt. vnde manifestū est hoc precepto quo iubemur diligere primum: etiam sanctos angelos contineri: a quibus tanta nobis misericordie impenduntur officia: ex quo & ipse dominus primum nostrum se dici voluit: significās se opitulatum esse semiuio iacere i via. **A.M.** Non enim cogitatio facit proximū fz misericordia: qz misericordia secundū naturā.

**C** Dominica. xiiij. Luce. xvij. cap.

**D**um ret iesus i hierusalem transibat per mediaz samariam & galileam. Et cum ingredetur quodam castellū occurserunt ei decem viri leprosi. Qui steterūt a lōge & leuauerunt vocem dicentes Iesu preceptor: miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent: mundati sunt. Unus autem ex illis vt vidi qz mundatus est: regressus est cuz magna

voce magnificans deū. Et cecidit i sa-  
cram ante pedes eius gratias agēs. Et  
hic erat samaritanus. Respondens au-  
tem iesus dixit: Nonne decem munda-  
ti sunt? Et nouem vbi sunt? Non est  
inuentus qui rediret: & daret gloriam  
deo nisi hic alienigena. Et ait illi: Sur-  
ge vade: quia fides tua te saluum fecit.  
**A.M.** Post predictam parabolam repreben-  
dunt ingrati. dicitur enim: Dum iret iesus i  
hieru. transibat per medium samariam & ga-  
lileam. **TYTVS.** Ut ostendat qz samari-  
ni quidem benivolii: iudei vero predictis bñ/  
ficijs sunt ingrati: erat enī discordia inter sa-  
maritāos & iudeos: quā ipse qfi pacificās iter  
vtrosqz trāfit: vt vtrosqz cōpīgat i vnu nomē  
bominis. **C.I.** Deinde suā gloriam salvator  
manifestat: attrahens ad fidem israel. vñ seq-  
tur: Et cum ingredere quoddā castellū: oc-  
currerunt ei decem viri leprosi: ab urbibus &  
oppidis expulsi & quasi immundi ritu legio  
mosaice. **TYTVS.** Conuerabant autem  
ad inuicem: qz fecerat eos vnanimes cōmu-  
nas passionis & prestolabantur transituū iesu.  
Soliciti donec aduenientem christum vide-  
rent. vnde sequitur: Qui steterunt a longe:  
eo qz lex iudicorum lepram immundam iudi-  
cat. lex autem euangelica non externam: sed i  
ternam asserit esse immundam. **THEO.**  
A longe ergo stant quasi verecūdātes de im-  
mundicia que eis imputabatur: putabāt enī  
qz christus non fastidiret ad modū aliorū: sic  
ergo abstiterunt loco: sed facti sunt proximi  
deprecando. prope enim est dñs omnibus in  
uocantibus eum in veritate. vnde sequit: Et  
leuauerunt vocē dicentes: Iesu preceptor mi-  
serere nostri. **TYTVS.** Dicunt nomen ie-  
su & lucifaciūt rem. nam iesus interpretat  
saluator. Dicūt miserere nobis propter expe-  
rientiam virtutis eius: neqz argentum peten-  
tes: neqz aurum: sed vt aspectum corporis sa-  
num obtineant. **THEO.** Nec simpliciter  
obsecrant eum: nec rogant eum vt mortalem:  
vocant enim eum preceptorem. i. dominum  
quo penitentur hunc opinari deū. At ipē  
iubet illis vt ostendarent se sacerdotibus. vñ  
sequitur: Quod vt vidit dixit: Ite ostendite  
vos sacerdonibus. Ipsū enī experiebantur